

CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

CXXXIII

TATVINI
OPERA OMNIA

VARIAE COLLECTIONES
AENIGMATVM
MEROVINGICAE AETATIS

ANONYMVS
DE DVBIIS NOMINIBVS

TVRNHOLTI
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII
M C M L X V I I I

TATVINI OPERA OMNIA

ARS TATVINI

EDIDIT

Maria DE MARCO

TVRNHOLTI

TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII

MCMLXVIII

21
22
23
24

**SVMPTIBVS SVPPEDITANTE
SVPREMO BELGARVM MAGISTRATV
PVBLICAE INSTITVTIONI
ATQVE OPTIMIS ARTIBVS PRAEPOSITO
EDITVM**

INTRODVCTIO

Illud igitur saeculis VII-VIII nec nouum neque insolens uideri poterat, episcopum ipsum muneribus suis annumerare discipulos saltem paucos, in primis futuros sacrorum administros, grammaticae elementa docere, immo putare ita officium suum omnino compleri. Ad quod uero, iam saeculo VI exeunte, Desiderius ille, Viennensis episcopus, aggressus, ad iracundiam tamen Gregorium Magnum ⁽¹⁾ adduxerat : is enim, cum in Italia nulla intermissione magistros officio suo fungi animaduerneret ideoque eorum in docendo partes uiros diuinis rebus addictos suscipere non oportere, in quibus calamitatibus Galliae litterarum ludi uersarentur animo comprehendere nequibat. Nam ibi cum omnia, feris illis ac barbaris nationibus perniciose irruentibus, tot tantisque cladibus permixta confusaque essent, ab ecclesia una ludi institui atque instrui poterant, immo debebant, ut res atque usus, summa cogente necessitate, postulabant. Qua ergo consuetudine, postea media quae dicitur aetate uulgo prolata, factum est ut latina lingua in episcoporum monachorumque ludis unis explicaretur, apud nationes ad ueram fidem conuertendas a Christianae fidei propagatoribus ex more adueheretur ⁽²⁾, a clarissimo quoque uiro sacris addicto saepissime nobilitaretur.

Inter quos igitur principem locum nec dubie neque immerito obtinere uidetur Tatuinus, in uetere Merciae regno ortus, ad gerendum Cantuariensem archiepiscopatum in monasterio oppidi illius, in Wigornii regione, Briudum anglice nuncupati piam uitam cum ageret designatus ⁽³⁾, tum praeclara doctrina tum mira uitae integritate a Beda ⁽⁴⁾ summis laudibus ornatus, qui primus *artem grammaticam* in anglicis ludis adhibendam componere est conatus ⁽⁵⁾. Opus uero, duodecim post saecula in lucem nondum prolatum,

(1) GREGORII *Ep.*, II, 34 (ed. EWALD-HARTMANN = MGH, *Epist.* 2, Berolini 1899, p. 303) : ... *post hoc peruenit ad nos (quod sine uerecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus ac sumus uebementius aspernati ut ... Et quam graue nefandumque sit episcopis canere quod ne laico religioso conueniat, ipse considera.*

(2) C. MOHRMANN, *Le problème de la continuité de la langue littéraire*, "Il passaggio dall'antichità al medioevo in occidente" = Settimane di studio del Centro Italiano di Studi sull'Alto Medioevo, IX, 6-12 aprile 1961, Spoleto 1962, p. 341-347.

(3) Quo munere honestissime functus a.d. III Kal. Aug. DCCXXXIV pie obiit.

(4) BEDAE *Hist. eccl.*, 5, 23 : ... *anno eodem (731) factus est archiepiscopus uocabulo Tattini ... uir religione et prudentia insignis, sacris quoque litteris nobiliter instructus.*

(5) *Aenigmata* quoque componere libenter incubuit, Hibernico Angloque cuidam mori obsecutus. De cuius uita scriptisque fusius disseruerunt A. MAT, *Glossarium nouum Latinitatis*, Romae 1844 ; ID., *Nota Patrum Bibliotheca*, I, 2, Romae 1852, p. 198 ; M. ROGER, *L'enseignement des lettres classiques d'Ausone à Alcuin*, Paris 1905, p. 303, 328, 332-334, 368 ; M. MANITIUS, *Geschichte der lat. Literatur des Mittelalters*, I, München 1911, p. 203 sq. ; cfr. *Ibid.*, p. 459 sq. (ubi tamen idem opus incerto auctori tribuitur : inscribitur enim *Anonymus de octo partibus orationis*).

quippe quod minime nouum propriumque parum subtiliter sit putatum, studio tamen, quod ad rerum memoriam praecipue attinet, dignum uideri potest considerantibus in primis qua sagacitate ac prudentia prout discipuli uel intellexerent uel exigerent doctrina sit accommodata, ut institutio quam plurimum ualeret.

*
* *

Tatuini igitur *ars*, quod uero immutabili quadam stabilique ratione operibus in Hibernia Britanniaque confectis fieri solet ⁽⁶⁾, libris praesertim in reliquis Europensibus regionibus saeculis VIII-X scriptis tradita est. Quam prodiderunt codex Palat. lat. 1746 (= *L*) in Lareshamensi monasterio s. IX in scriptus, in Bibliotheca Vaticana asseruatus ⁽⁷⁾; codex Paris. lat. 17959 (= *N*) in Remensi regione (haud scio an Corbeiae) s. VIII-IX exaratus ⁽⁸⁾; codex Paris. lat. 7560 (= *P*) in Gallia ab Eugenia libraria s. IX ex. descriptus ⁽⁹⁾ — uterque Parisiis in Bibliotheca Nationali seruatus. Quibus sunt adiciendae Hibernici cuiusdam codicis s. IX in. reliquiae, quae in urbis Karoliruhensis bibliotheca illa germanico sermone 'Badische Landesbibliothek' nuncupata nota Fragmentorum Augiensium 127-131 (= *A*) studiose custodiuntur ⁽¹⁰⁾. Opus integrum libri *L P*, paulo minus quam duas partes *N*, tertiam tantum partem *A* tradiderunt.

Quod penitus erratum perspexit P. LEHMANN, *Die Grammatik aus Adhelms Kreise*, "Historische Vierteljahrschrift", 27, 1932, p. 761-771; cfr. N. FICKERMANN, *Die Widmungsbrief des Hl. Bonifatius*, "Neues Archiv", 50, 1933, p. 210-221, qui de epistula illa cum sancti Bonifatii, non cum Tatuini arte grammatica conexa quaestionem explicuit atque enodauit; cfr. P. RICHÉ, *Educazione e cultura nell'Occidente barbarico dal VI all' VIII secolo*, Ed. It., Roma 1966, p. 312, 313, 315, adn. 61, 97. Nuper in Tatuini artis editionem docta mulier S. Cobbs incubuit (C.H. BRESSON, "Modern Philology", 34, 1937, p. 316) eademque ad praefationem conficiendam est aggressa (= *Prolegomena to the Ars Tatuini*, Diss. Chicago 1937), quae utraque nondum publici iuris est facta: cfr. B. LÖFSTEDT, *Der Hibernolatinische Grammatiker Malsachamus*, Uppsala 1965, "Studia Latina Upsaliensia", 3, p. 17, adn. 2, 4.

(6) B. BISCHOFF, *Il monachesimo irlandese nei suoi rapporti col continente*, "Il monachesimo nell'alto medioevo e la formazione della civiltà occidentale" = Settimane di Studio del Centro Italiano di Studi sull'Alto Medioevo, IV, 8-14 aprile 1956, Spoleto 1957, p. 129 sqq.

(7) Codicem explicauit commentariorum scripto illo *Lecture grammaticali a Lorsch nel s. X*, "Aevum", 31, 1957, p. 273, adn. 2. De Lareshamensis bibliothecae uetere indice (= cod. Palat. lat. 1877) eiusque aetate disseruerunt W.M. LINDSAY, *Palaeographia Latina*, 3, 1924, p. 10, fig. 1; P. LEHMANN, *Fuldaer Studien*, "Sitzungsberichte der b. Ak. d. Wissenschaften, Philos.-philol. Klasse", 1925, p. 9; LINDSAY, PL, 3, 20, passim.

(8) Codicem explicauit E.A. LOWE, CLA, V, 672; cfr. LINDSAY, PL, I, 62-66.

(9) Librum summatim illustrauit H. OMONT, *Note sur un recueil de grammairiens Latins copié par une femme au X^e siècle*, "Comptes rendus des séances de l'Académie des inscriptions et belles-lettres", Paris 1905, p. 15-19.

(10) De quibus disseruit A. HOLDER, *Die Reichenauer Handschriften*, II, Leipzig-Berlin 1914, p. 579-581. Fragmentum autem a docto uiro Paulo LEHMANN (*Die Grammatik ... [laud.]*, p. 762) in S. Pauli monasterio illo Carinthiae inuentum reperiri non potest.

L Itaque libro *L*, carolinis quae dicuntur litteris minusculis a pluribus librariis descripto, regula iudicioque singulari quasdam artes grammaticas colligante ⁽¹¹⁾, Tatuini *ars* auctoris quoque nomine prolato seruatur ⁽¹²⁾ foliis 99^r-126^r exaratis a scriptore uno menda sua corrigente lacunasque explente (= *l*) ad quae plane perficienda quidam senioris aetatis emendator (= *lo*) perraro est aggressus. Quasdam praeterea inter-scriptas foliis 107^r-111^r britannica lingua annotationes, nec non partium indices graecis litteris exaratos idem libarius est exsecutus ⁽¹³⁾.

Opus igitur libro *L* traditum, quod incipit : (rubr.) *Incipit Ars Tatuini*. (nigr.) *Partes orationis secundum grammaticos sunt viii ...*, desinit autem, nullo adhibito indice : ... *pete petere, indue induere*, alteram uerbi explicationem breuibis de interiectione commentariis adiectam amplexum ⁽¹³⁾, et omnino integrum et diligenter dispositum neque ullis paene uel lacunis uel inuersionibus uel mendis qualibuscumque uitiatum, immo in exemplaris sui notis soluendis absolutum ac subtile, se legentibus praebet, exceptis tantum quibusdam continuatis uerbis folio 110^v, 22 ordine minime seruato descriptis ⁽¹⁴⁾. Si quis praeterea in librarii rationem scribendi inquisiuerit, facile animaduertet litterarum *a* atque *o*, *e* atque *i*, *ī* atque *ii*, *b* atque *p*, *d* atque *t*, *b* atque *u*, *f* atque *u*, *qui* atque *cu*, *gu* atque *g* discrimen non esse seruatum, litteras *g* pro *i* consonanti, *o* pro *u* ex more, *mpn* pro *mn* minus saepe, esse adhibitas, magna autem haesitatione ac dubitatione diphthongos *ae*, *oe* ac litteras *h*, *ph*, *y* nec non consonantium geminationes esse tractatas, praepositiones denique *in* atque *cum* in compositis uerbis seu contractas seu totas, attractione tamen saepe praetermissa, esse scriptas.

P In libro uero *P*, praeter reliqua plures grammaticas artes colligante ⁽¹⁵⁾, Tatuini quoque opusculum, litteris usa caroli-

(11) De copulandi aliam cum alia artem ratione disserui, *loc. laud.*, p. 274-276; cfr. *Karl der Grosse*, II, *Das geistige Leben*, hsg. v. B. BISCHOFF, Düsseldorf 1965, p. 45.

(12) Confer potissimum LEHMANN (*ibid.*, p. 764, adn. 8), FICKERMANN (*op. laud.*, p. 212, adn. 1) ac praeterea BEESON (*loc. laud.*). Britannicas annotationes leuiter attingit LÖFSTEDT, *op. laud.*, p. 17, adn. 4.

(13) Quae uerba operis extrema sunt habenda, cum ultima uulgo laudata ex praeceptis quibusdam communia nomina explicantibus excerpta uideantur (f. 126^r, 9 : inc. : *Communia. Inter communia nomina ... 15*; des. : ... *prout uoluerint data est. deo gratias*).

(14) Cfr. adn. 28.

(15) De codicis indice me docuit societas illa *Institut de Recherche et d'Histoire des Textes* gallice nuncupata : ff. 1^r-9^v : CHARISII *Ars grammatica* (frg.); ff. 10^r-10^v : BONIFATII *Epistula*; ff. 11^r-32^r : [TATVINI] *Tractatus de grammatica*; ff. 33^r-37^v : PRISCIANI *Institutio de nomine, pronomine et uerbo*; ff. 37^v-41^r : *Tractatus de grammatica*; ff. 41^r-42^v : SERVII *De finalibus*; f. 42^v : S. HIERONYMI *Epistula* 108, ad *Eustochium uirginem* (exc.); ff. 42^v-43^r : S. *Paulae epitaphium*; ff. 43^r-45^v : *Libellus de nominum declinatione*; f. 45^v : PAULI ALBARI *Carmen*; f. 46^r : *Anth. Lat.* 727 — *De candido et nigro* — ; ff. 46^v-54^r : PHOCAE *Ars de nomine et uerbo*; ff. 54^r-54^v : *Versus*.

nis quae dicuntur minusculis ad exempla tamen Hiberniae Britanniaeque directis ⁽¹⁶⁾, Eugenia libraria foliis 11^r-32^r descripsit, quae aliqua seu emendauit seu adiecit (= *p*), partium indices graecis litteris scripsit, annotationes illas britannica lingua plerumque inter uerborum contextum foliis 17^r-20^r interiecit.

Opus integrum ab initio (*In nomine simplo triplo diuino. Partes orationis* ...), ad finem (... *pete petere, indue induere*) altera uerbi explicatione suo loco adiecta ⁽¹⁷⁾ legentibus apparet, pluribus tamen mendis uitiatum : nam libraria, munere suo indiligenter functa, in errorem saepissime inducta, alia omisit, alia inuertit ⁽¹⁸⁾, exemplaris notas (praesertim ad uerba *haec, enim, eius, contra, cum, secundum, sed, quae, que, qui, quia, qua, quod* etc. pertinentia) mendose soluit. Scribendi plerumque rationem eandem atque libri *L* librarius Eugenia adhibuit, morem tamen suum interdum secuta cum litteras *h* pro *n*, *r* pro *l*, *co* pro *quo*, *p* pro *pp*, *omn* pro *nom*, *ut* pro *et*, *ho* pro *hoc*, *ex* pro *x* scriberet.

N Liber autem *N* ex duabus partibus casus et fortuito in unum coactis uidetur constare, quarum altera (ff. 1-33), s. XII descripta, quandam in Iob commentationem continet, altera uero (ff. 34-86) aliquas artes grammaticas exhibet s. VIII-IX in Remensi regione (nescio an Corbeiae) descriptas ⁽¹⁹⁾ a pluribus librariis Britannicorum Saxoniorumque morem satis secutis.

Hi uero Tatuini *artis*, initio tamen ac fine seruatis ⁽²⁰⁾, minus quam duas partes ⁽²¹⁾ descripserunt, alia omittentes,

(16) P. LEHMANN, *Mitteilungen aus Handschriften*, I, "Sitzungsberichte der b. Ak. d. Wissenschaften, Philos-Philol. Klasse", 1929, p. 19.

(17) Cfr. adn. 13.

(18) P 11^v, 26-28 = L 100^r, 10-12
 12^r, 32-34 100^v, 32-34
 15^r, 13-14 104^r, 32-34
 15^v, 11-13 105^r, 27-30
 16^v, 20-22 106^v, 1-2
 20^v, 11-12 111^r, 15-17.

(19) A Parisiensi societate illa, quam laudauit (cfr. adn. 15), certior sum facta de operibus in altera codicis parte collectis : ff. 34^r-36^r : BONIFATII *Epistula* ; ff. 36^v-47^v, 58^r-70^r : BONIFATII *Ars grammatica* ; ff. 48, 57, 49^r-56^v, 79^r-86^r, 71^r-78^v : PS.-FRIDEGISI (= TATVINI) *Tractatus de grammatica*.

(20) Opus incipit : *Tractatus in partibus orationis cuiusdam. Item tractatus Alcuini uel Fridegisi ad Sigebertum de grammatica. Partes orationis* ..., desinit autem : ... *o in i commotant ut induo indui indueram*, partem aliquam alterius uerbi explicationis amplexum (cfr. adn. 13).

(21) N 48^{r-v} = L 99^r, 1 - 99^v, 32
 57^{r-v} 104^r, 18 - 104^v, 29
 49^r-56^v 104^v, 29 - 110^r, 25
 79^r-86^r 115^v, 25 - 119^v, 30
 71^r-78^v 121^r, 21 - 125^v, 15.

alia inuertentes ⁽²²⁾, menda sua ipsi interdum corrigentes (= *n*), britannicas praeterea annotationes inter reliquorum uerborum contextum foliis 52^r-55^r interponentes, partium indices graecis litteris exsecuti. Haec praecipua librariorum scribendi moris sunt explicanda, litteras *e* pro *i*, *o* pro *u*, *b* pro *u*, *ci* pro *ti*, *i* pro *u*, *cui* pro *cu*, *ss* pro *s*, *l* pro *ll*, *p* pro *pp*, *ge* pro *ie*, *oiam* pro *omnia* esse adhibitās, diphthongum *ae* ac litteras *h*, *y* dubie esse tractatas, praepositionum *cum* atque *in* litteras numquam subsequentibus esse attractas, menda permulta eademque in exemplaris plerumque notis soluendis esse admissas.

- A Particulae tantum exstant libri *A* in Hibernia s. IX in. a pluribus librariis descripti, qui ipsi alia adiecerunt, alia correxerunt (= *a*), perpaucas britannicas annotationes inter uerborum contextum interiecerunt (frg. 127 : 7, 8), partium indices graecis litteris scripserunt. Quo libro tertia paene operis pars ⁽²³⁾ traditur, ordine saepe non seruato

(22) Eadem libri *P* ratione duo loci inuersi uidentur (cfr. adn. 18) :

N 49 ^r , 11-15	=	L 105 ^r , 27-30	=	P 15 ^v , 11-13
51 ^r , 12-14		106 ^v , 1-2		16 ^v , 20-22
(23) A 131 ^r	=	L 99 ^r , 17-20		
131 ^v		99 ^r , 35 - 99 ^v , 3		
127, 1 ^{r-v}		99 ^v , 3-12 ; 14-31 ; 33 - 100 ^r , 6		
2 ^{r-v}		100 ^v , 8 - 101 ^r , 12		
3 ^{r-v}		101 ^r , 13 - 101 ^v , 11		
4 ^{r-v}		102 ^r , 11 - 102 ^v , 12		
5 ^{r-v}		104 ^v , 19 - 105 ^r , 21		
6 ^{r-v}		105 ^r , 21 - 105 ^v , 23		
7 ^{r-v}		108 ^r , 31 - 108 ^v , 35		
8 ^{r-v}		110 ^r , 9 - 110 ^v , 9		
9 ^r		112 ^v , 25 - 113 ^r , 3		
9 ^v		113 ^r , 5 - 113 ^v , 22		
10 ^r		113 ^r , 25 - 113 ^v , 6		
10 ^v		113 ^v , 9 - 113 ^v , 23		
15 ^r		117 ^v , 12 - 117 ^v , 22		
15 ^v		117 ^v , 26 - 117 ^v , 35		
11 ^{r-v}		118 ^r , 28 - 118 ^v , 26		(deest 8-10)
13 ^{r-v}		118 ^v , 26 - 119 ^r , 16		
14 ^{r-v}		120 ^r , 15 - 120 ^v , 14		
12 ^{r-v}		120 ^v , 14 - 121 ^r , 12		
16 ^{r-v}		121 ^r , 12 - 121 ^v , 20		
130 ^{ra}		122 ^r , 30 - 122 ^v , 7		
130 ^{vb}		122 ^v , 8-18		
130 ^{va}		122 ^v , 18-31		
130 ^{rb}		122 ^v , 32 - 123 ^r , 8		
128 ^{ra}		123 ^r , 9-21		
128 ^{vb}		123 ^r , 1-13		
128 ^{rb}		123 ^v , 20-29.		

Praetermittuntur fragmenta 128^{va}, 129 perpaucas tantum amplexa uerba. Qua ratione libri *A* fragmenta cum libro *P* congruerent docuit P. LEHMANN (*Mitteilungen* ... [laud.], p. 15 sqq.).

(24) nec non quibusdam omissis. Librorum *L P* scribendi rationem libri *A* librarii plerumque secuti, in errorem tamen saepius, ac praesertim in soluendis exemplaris notis, inducti sunt.

*
* *

Manuscripti ergo libri omnes inter se haud difficulter coniunguntur : etsi enim, partibus quibusdam non exstantibus, absolute conferri ac recognosci nequeunt, tamen est perspicuum librum *L*, opus disposite tuitum, alterum locum tenere, alterum autem libros *N A P*, quaedam in eodem tradendo inuertentes, ut eorum inter ipsos comparatione colligi potest :

<i>L</i>	<i>N</i>	<i>A</i>	<i>P</i>
100 ^r , 10-12	<i>deest</i>	<i>deest</i>	11 ^v , 26-28
100 ^v , 32-34	<i>deest</i>	127, 2 ^v , 8-9	12 ^r , 32-34
104 ^r , 32-34	57 ^r , 17-18	<i>deest</i>	15 ^r , 13-14
105 ^r , 27-30	49 ^r , 11-15	127, 5 ^r , 29 - 5 ^v , 3	15 ^v , 11-13
106 ^v , 1-2	51 ^r , 12-14	<i>deest</i>	16 ^v , 20-22
108 ^v , 24-25	54 ^v , 14-15	127, 7 ^v , 15-17	18 ^v , 19-20
110 ^v , 22	<i>deest</i>	<i>deest</i>	20 ^r , 30
111 ^r , 15-17	<i>deest</i>	<i>deest</i>	20 ^v , 11-12
112 ^r , 1	<i>deest</i>	<i>deest</i>	21 ^r , 18

Quibus perpensis, ut facile conicitur, singula inter se plane congruerent si foliis non exstantibus (quod omnino refellendum non uidetur) libros *N A* eadem atque librum *P* extra ordinem tradidisse comprobari posset. Cum tamen ultima cognitione res iudicari nequeat, quaedam non fortuito, ut uidetur, congruentia sunt perpendenda atque illud in primis de casibus alieno loco libris *N A P* descriptum. In casibus enim explicandis, postquam nominatiuum explanauit, uerba *nominator nominatus nominatiuus* auctor distincte designauit ⁽²⁵⁾ antequam genitiuum exsequeretur. Quam igitur definitionem libri *N A P* post caput de figura absolutum inconsulte exhibent ⁽²⁶⁾ loco tamen apto uerbis illis

(24) Loci duo, haud secus atque libro *P* apparet (cfr. adn. 18), inuersi uidentur :

A 127, 2^v, 8-9 = *L* 100^v, 32-34 = *P* 12^r, 32-34
127, 5^r, 29 - 5^v, 3 105^r, 27-30 15^v, 11-13.

Locum autem alium liber *A* tantum inuertit :


A 127, 7^v, 15-17 = *L* 108^v, 24-25.

(25) *L* 105^r, 27-30.

(26) *N* 49^r, 11-15 ; *P* 15^v, 11-13 ; *A* 127, 5^r, 29 - 5^v, 3 (= *L* 105^r, 6).

adiectis *de quo superius inuenies* ⁽²⁷⁾ tribuendis haud dubie cuidam exemplaris ab eisdem librariis adhibiti emendatori erratum resarcire conato. Neminem itaque praeterire potest libros *N A P* unam eandemque in opere tradendo sequi rationem, quamuis liber *N* nonnullis uerbis erratis, omissis, iteratis a libro *A* differat, quo autem liber *P* oritur unumquodque diligenter imitatus praeter creberrima menda ipsi librariae adscribenda.

Ceterum, exemplar quo libri *N A P* oriuntur, cum libri *L* exemplari coniunctione quadam colligatum esse aliquibus coniunctis uerbis in unoquoque libro alieno loco descriptis haud dubie confirmatur ⁽²⁸⁾. Quae omnia primi illius exemplaris librarius profecto inuertit idemque tum partium indices graecis litteris excrispsit tum illas britannica lingua annotationes in exemplari libri *L* inter uersus exaratas, librorum autem *N A P* inter cetera uerba plerumque interiectas. Vitio igitur communi fonti illi, de quo probabilem coniecturam facere licet, errata omnia sunt uertenda uniuersis manuscriptis libris communia, inter quae uerbum illud *quinquennicas* ⁽²⁹⁾, nota adiectiui *quincasale* mendose soluta ortum, haud dubie in latino sermone insolens ⁽³⁰⁾, principem locum obtinet. Qua autem cognatione alius cum alio libro conectatur his lineamentis ac formis describendum uidetur :



Quae cuncta qui perpenderit ac potissimum libros *N A* tum lacunis tum mendis esse uitiatos, librum autem *P*, quamuis integrum, mendosissime esse descriptum perspexerit,

(27) *N* 49^v, 10-11; *P* 15^v, 30; *A* 127, 6^r, 11.

(28) *L* 109^r, 15-18; *N* 55^r, 15-19; *P* 19^r, 6-9; *A* *deest*; cfr. adn. 14.

(29) *L* 106^r, 19; *N* 50^v, 20; *P* 16^v, 7; *A* *deest*.

(30) A. MAI, *Glossarium* ..., Romae 1844, n° 1423.

facere non poterit quin librum *L*, ceteris in Tatuini *arte* et diligenter et plane tradenda sane praestantem, unum ad opus emendatius edendum optimo iure adhibendum decernat.

*
* *

Cum praeterea nullo omnino indicio niti possit qui inquirere uelit quis librariorum auctoris ipsam scribendi rationem aptissime ac religiosissime referre sibi proposuerit, de ea quaestio ad exitum difficilior uidetur adducenda. Illud tamen in primis est reputandum, scriptorem, cum *artem* grammaticam componere incumberet, ut quam simillimum auctoribus ad imitandum sibi propositis euaderet ualde contendisse atque uel locorum uel temporum consuetudini modice indulsisse, attamen instabilem scribendi rationem necessario adhibuisse. Quam omnino certam stabilemque reddere qui studuerit facere non poterit quin per errorem labatur, cum illam quam simillime effingi considerate oporteat. Si quis autem librariorum scribendi rationes paene easdem putari debere neque in genera describi posse accurate considerauerit, librarium codicis *L* unum, in diligentiae studio insignem ideoque auctoritate quadam ceteris grauiorem, in scribendo unoquoque uerbo sequendum profecto intelleget. Ille enim, quamquam interdum est instabilis, sedulum diligentemque se praebet neque digreditur ab aequalium consuetudinibus quae operum hibernicorum anglicorumque auctorum exemplaribus ipsis (inter quae Antiphonarium illud in monasterio Bonii ⁽³¹⁾ compositum) haud dubie confirmantur.

Quibus excussis ac perpensis, hoc prudenter efficitur cogiturque, libro *L* uno tum in opere perscribendo tum in ratione scribendi eligenda editionem niti debere eandemque in apparatu tantum referre dissimiles ceterorum lectiones, omissis seu diuersis scripturis seu mendis e notis male solutis ortis praeter significantia potissimum qua ratione manuscripti libri inter se congruant et cohaereant. Longe uero aliter uir doctus A. Wilmanns fecit qui Tatuini *artis* et praefationem et nominis commentationis initium tantum edidit ⁽³²⁾ : nam librum *L*, unum omnino tunc temporis cognitum, adhibuit, scribendi tamen antiquam latinam rationem ad communem aequalium morem ⁽³³⁾ secutus.

*
* *

(31) E. FRANCESCHINI, *L'Antifonario di Bangor*, Padova 1941, p. 81 sq. ; passim.

(32) A. WILMANNS, *Der Katalog der Lorscher Klosterbibliothek aus dem zehnten Jahrhundert*, "Rheinisches Museum", 23, 1868, p. 398-401.

(33) E. FRANCESCHINI, *op. laud.*, p. VII.

Merito denique amplissimae laudes gratesque a me sunt agenda doctis uiris operam meam consiliis subsidiisque benigne prosecutis, R.B.C. Huygens, qui operis edendi consilium deposuit, B. Bischoff, A. Campana, Ae. Franceschini, qui plures quaestiones liberalissime enodauerunt, doctis quoque mulieribus M.Th. d'Alverny, D.M. Schullian, I. Vieliard, quae in operibus peregre asseruatis eruendis maximo mihi adiumento fuerunt, nec non Consilio illi Italicae Gallicaeque eruditionis atque doctrinae uicissitudinibus prouehendis, cuius cum fruerer annuo studiorum causa praebito Parisinum utrumque manuscriptum librum peruoluere ac recensere commode potui.

*
* *

TESTIMONIA

BEDAE *Hist. eccl.* 5, 23 (ed. C. PLUMMER, I, 350) :

... pro quo (*scil.* Berctualdo) anno eodem (*scil.* DCCXXXI) factus est archiepiscopus uocabulo Tatuini de prouincia Merciorum, cum fuisset presbyter in monasterio quod uocatur Briudun. Consecratus est autem in Doruuerni ciuitate (*scil.* Canterbury) ... die decima Iunii mensis dominica ; uir religione et prudentia insignis, sacris quoque litteris nobiliter instructus.

ID. 5, 24 (ed. laud. I, 356) :

Anno DCCXXXI Berctuald archiepiscopus obiit. Anno eodem Tatuini consecratus est archiepiscopus nonus Doruuernensis ecclesiae, Aedilbaldo rege Merciorum xv agente annum imperii ...

BEDAE *continuatio* (ed. laud. I, 361) :

Anno ab incarnatione Domini DCCXXXIII Tatuini archiepiscopus, accepto ab apostolica auctoritate pallio, ordinauit Aluic et Sigfridum episcopos.

Anno ab incarnatione Christi DCCXXXIII Tatuini episcopus obiit.

*
* *

SIGLA

Codices integri

- L* = VATICANVS, B.A.V., Palatinus lat. 1746, s. IX in.,
l = librarius se ipse corrigens,
lo = codicis corrector.
- P* = PARISINVS, Bibliothecae Nationalis, Lat. 7560, s. IX ex.,
p = libraria se ipsa corrigens.

Codices mutili

- N* = PARISINVS, Bibliothecae Nationalis, Lat. 17959, s. VIII-IX,
n = librarius se ipse corrigens.
- A* = FRAGMENTA AVGIENSIA 127, 128, 129, 130, 131, s. IX in.,
a = librarius se ipse corrigens.
- Q* = codicum *L N A P* consensus.

Editio (mutila)

- W* = A. WILMANN, in *Rheinisches Museum*, XXIII, 1868, p. 398-401.

*
* *

NOTAE

- An.* = ANONYMVS AMBROSIANVS apud R. SABBADINI, *Spogli ambrosiani latini*, "Studi italiani di filologia classica", 11, 1903, p. 165-185.
- Cass.* = CASSIODORI *Institutiones*, ed. R.A.B. MYNORS, Oxford 1937.
- Char.* = CHARISII *Artis grammaticae libri v*, ed. C. BARWICK, Lipsiae 1925.
- KEIL* = *Grammatici Latini* ex recensione Henrici KEILII, Lipsiae 1857-1878.
- Isid.* = ISIDORI [*Etymologiarum siue*] *Originum libri xx*.
- MAI* = A. MAI, *Glossarium nouum Latinitatis*, Romae 1844.

ARS TATVINI

*Neque indignum Tatvini scriptum
editionis putamus ; est enim perspi-
cium et satis bonum.*

(MAI, NPB, I, 2, 198)

ARS TATVINI DE PARTIBVS ORATIONIS

1. Partes orationis secundum grammaticos sunt octo, i.e. NOMEN, PRONOMEN, VERBUM, ADVERBIVM, PARTICIPIVM, CONIUNCTIO, PRAEPOSITIO, INTERIECTIO. Ex his duae sunt principales, nomen et uerbum, quae coniunctae loquutionem faciunt : omne enim quod mente concepimus nomine explicatur et uerbo. Ceterae uero appendices sunt ; nam per se loquutionem efficere non possunt, sed quicquid nomen et uerbum explicant ipsae adiunctae complent, ut : [*Est*] *initium sapientiae timor Domini — intellectus bonus omnibus facientibus eum*. Ecce totus contextus sententiae huius nomine explicatur et uerbo uno, participio et pronomine adiecto ad implendum intellectum.

2. Ordo ergo partium orationis non indecens ponitur ; nam nomen ideo principatum et exordium obtenuit, quia uniuscuiusque rei notitia nomine reuelatur : nescis enim de qua re quis tecum loquutus sit, nisi nomine prius denudet, ut est : *Dominus dixit ad me : filius meus es tu* et reliqua ; tolle Domini nomen et incerta remanet sententia.

3. Quod pronomem, uerbum praecedens, non principalitate sed ministrando nomini sequitur : cuius enim minister est et obsequio fungitur, eius uestigio adherere debet.

4. Post hoc uerbum merito principalitate sua, quia secunda pars principalis est, in ordinem procedit.

5. Cui aduerbium non indigne seruiendo, ut nomini pronomem, adheret : nam in quacumque sententia uerbum et aduerbium inuenta fuerint, ad uerbum cuius auget intellectum respicit.

6. Quinto post haec ordine principaliter participium inseritur : partem enim nominis et uerbi capit, scilicet casus et genus cum nomine, tempora et significationem cum uerbo, numerum et figuram cum ambobus. Quae utraque ideo cum suis ministris praeordinata e uestigio decuit prosequi.

DE PARTIBVS ORATIONIS. 2/3 Don. (KEIL, IV, 372, 25). 8/9 Ps. 110, 9-10. 13 Pomp. (KEIL, V, 134, 31 sqq.). 14 Isid., Orig., I, VII, 1. 17 Ps. 2, 7. 19/20 Pomp. (KEIL, V, 97). 24/25 Isid., Orig., I, X. 25/26 Cass., Inst., II, 2 (95, 15-17). 20 Isid., Orig., I, XI ; Cass., Inst., *ibid.*, 95, 17-20 ; Pomp. (KEIL, V, 256).

LNP Inscr. Incipit Ars Tatuini L, Tractatus in partibus orationis cuiusdam. Item tractatus alcuini uel fridegisi ad siebertum de gramatica N, In nomine triplo simplo diuino P.

DE PARTIBVS ORATIONIS. 1 octo] VII N P 6 sunt] om. N se] om. N 8 complent] W, compleant codd. 9 faciens W 14 et] om. P 15 reuelatur] LN(A)P W, reuelabitur codd. 20 est] incip. A 26 auget] desin. A 28 haec] om. N
2 C. C. CXXXIII

7. Exin sexto decenter ordine coniunctio profertur, quae
omnium sententiarum loquelas nectans coniungit, ut sequen-
35 tia prioribus annexa respondeant.

8. Septimo praepositio non incongrue ponitur loco, quia
ceteris maioris potestatis partibus ordinatim praemissis haec
debit induci, quia per se sola separatim posita minimum
ualet.

40 9. Nouissimum tandem interiectio sortitur ordinem, quae
sola separatim posita, nullae subiecta regulae, aliis partibus
non adheret.

10. Nunc singularium partium definitiones accidentiaque,
in quantum peritia suffragauerit, regulariter et succincte per-
45 currenda sunt.

34/35 Cass., *Inst.*, *ibid.*, 95, 20-21 ; Pomp. (KEIL, v, 97).

LNP 33 Exin] et in P 34 nectens W 38 separatim] om. N P.

〈I. DE NOMINE〉

1. Octo enim partes orationis secundum Donatum sunt, qui primus sub tali numero omnem humanam loquutionem diuisit atque difiniuit, quamuis alii plus minusue discreuerint, itaque primae difinitionem hoc modo expressit dicens : *Nomen* 5 *est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterue significans.*

2. In hoc dictu specialem nominis difinitionem exposuit dicendo *cum casu*, separans nomen a quinque partibus orationis non habentibus casum, i.e. uerbo, aduerbio, coniunc- 10 *tionem*, praepositionem, interiectionem ; *cum casu* autem dixit singulariter, non cum casibus, significans nullum nomen casu carere, quamuis quaedam sint quae non habeant nisi unum casum, i.e. monoptoton forma, ut est 'hoc cornu', uel aptoton forma, ut 'nequam' et 'nugas'.

3. A duabus uero partibus casum habentibus, i.e. pronomine 15 et participio, disiungit dicendo *corpus aut rem proprie significare*. Nullum enim pronomen *corpus proprie* monstrat, quamuis personaliter significet : nam, cum dicis 'ego, tu, ille', personaliter corpus ostendis, non tamen *proprie*, quia unusquisque 20 de se ipso dicere potest 'ego' ; similiter omnibus commune est 'tu' et 'ille' — sic et cetera pronomina quae personam habent. Participia uero omnino carent persona et ideo *corpus proprie significare* nequeunt neque *communiter* : quamuis enim dixeris 'dicens' aut 'dicturus', corpus non ostendis.

4. Item omne quod nomine significatur corpus est aut 25 corporale, uel incorporale : corpus est quicquid tangi et uideri potest, ut 'terra' ; corporale quod tangi et non uideri, ut 'uentus', uel uideri et non tangi, ut 'caelum' ; incorporale uero quod nec tangi nec uideri ualet, ut 'sapientia'. Quicquid 30 autem corporale est uel corpus *proprie siue communiter significatur* : *proprie* ut 'Roma', 'Tiberis', 'Cicero', quia uni urbi, flumini, homini pertinet, *communiter* ut 'urbs', 'flumen', 'homo', quia de omnibus urbibus, fluminibus, hominibus dici potest ; incorporale uero, ut 'pietas', 'iustitia', 'eloquentia' —

〈I. DE NOMINE〉. 4/8 Don. (KEIL, IV, 373, 2). 7/8 Seru. (KEIL, IV, 406, 26 sqq.). 13 [Serg.] (KEIL, IV, 541, 24). 13/14 Seru. [Serg.] (KEIL, IV, 433, 25). 32/33 Don. (KEIL, IV, 373, 2). 34/36 Cons. (KEIL, V, 338, 14).

LNP 〈I. DE NOMINE〉. 1 orationis] *add.* sunt P 2 sub tali] sub tuli L, LNAP sidtali N, subtili W omnem] *incip.* A 8 cum casu] *om.* N A P nomen] eum Q, eam W 8/9 orationis] *add.* cum cass N A P 15 duabus] A P W, LNP duobus L N 18/19 significet ... personaliter] *om.* N 18 ille] *desin.* A LNAP 21 pronomina] *incip.* A 25 quod nomine] quia nonomine A P 26 uel aut W 33/34 dici potest] dipotest N A P

35 et hoc exceptis deorum nominibus — fere semper *communiter significatur*.

5. Itaque in quacumque parte orationis hanc supradictam definitionem reppereris nomen esse non dubites, i.e. corporalitatis significantiam uel incorporalitatis *proprie communiterue cum casu*. Corpus quidem est quicquid tangi aut uideri potest, 40 incorporale uero quod nec tangi nec uideri ualet, sed spiritale per se ipsum naturaliter est ut Deus et omnis caelestis creatura animarumque substantia et quicquid ab his in officio agitur spiritualiter.

45 <DE QVALITATE.>

Nomini accedunt sex : qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, casus.

6. Qualitas nominum duplex est : nam quodcumque nomen positum fuerit aut proprium erit et unius, ut 'Cicero', aut 50 appellatiuum et plurimorum, ut 'homo'.

7. Propriorum ergo nominum bipertita ratio est ; aut enim personam significant, ut sunt propria hominum, aut nullam, ut propria urbium, fluminum, montium, et cetera quae unius modi intellectum habent.

55 8. Ea uero quae personam significant quattuor modis constant — i.e. praenomen, nomen, cognomen, agnomen —, ut 'Puplius Cornelius Scipio Africanus'.

9. PRAENOMEN dicitur eo quod praepositur nomini, uel quod singulis linea superposita litteris praenotatur, ut 'M 60 Manius', siue sine linea, ut 'P Puplius', aut binis, ut 'Gn Gneus', seu ternis, ut 'Sex Sextus'. Haec autem naturae dignitate statim infantibus natis apponuntur, quibus seruilis condicio penitus caruit : licet enim seruum uocitaueris 'Puplium', non erit praenomen sed cognomen. His Romani tan- 65 tum usi sunt et tanto paucioribus litteris praenotabatur quanto quis clarior habitus est.

10. NOMEN uero dictum est eo quod notat genus ut 'Cor-

<DE QVALITATE>. 40/47 Don. (KEIL, IV, 373, 3). 49/50 Don. (KEIL, IV, 373, 5-7). 52/53 Cons. (KEIL, V, 339, 6-10). 55 Don. (KEIL, IV, 373, 7). 59/61 Cons. (KEIL, V, 339, 16 sqq.); Pomp. (KEIL, V, 140, 19 sqq.). 63/64 Pomp. (KEIL, V, 141, 23 sqq.). 67 Isid., Orig., I, VII, 2.

LNAP 37 supradic̃ scriptam A P 38 reppereris] W, repperieris Ω 40 aut] et W
LP 43 omnis] desin. A 44 spiritaliter] desin. N.

LAP <DE QVALITATE>. 46 accidunt W sex] incip. A 49 unius] add. est
LP A P 50 linea] desin. A 61 Gneus] genus P 63/64.64/66 licet ...
cognomen. His ... habitus est] His ... habitus est. licet ... cognomen ~ P 63
uociterus codd. W 65 praenotabant W

nelius' : Corneli enim omnes in eo genere a Cornelio orti appellati sunt.

70 11. COGNOMEN quoque a cognominando est dictum, quo quisque appellatur, ut 'Scipio' ; quod et a natiuitate unicuique traditur et proprium est — nomen uero commune familiae est —, quod et Virgilius discernens ait : *Nomine auum referens* : ecce nomen auo et ipsi commune esse ostendit ; e contrario dixit : *Cui Remulus cognomen erat*, ostendens cognomen proprium uni esse. Sed hoc penitus hodie ab usu recessit ; tamen secundum artem grammaticam rectius dicendum cognomina esse propria quam nomina : nam cognomen dictum est a connominando : nullus enim natiuitate uita potitus cognomine caruit — in tantum ut plures ante natiuitatem aut prophetali spiritu aut optanti cognominari meruerunt. Ceteris uero tribus — i.e. praenomen et nomen atque agnomen — non omnes homines cognominati sunt, sed ex parte appellabantur.

12. AGNOMINA, siue unum siue plura imponantur, tribus 85 modis eueniunt, aut ab animo, aut a corpore, aut extrinsecus : ab animo ut : *Mezentius contemptor diuum* et : *crudelis Dardan[i]us*, a corpore ut : 'Ouidius Nasso' et : *pulcher Iulus*, extrinsecus ut : 'infelix Ecthor'.

Si quid autem his quattuor supradictis formis additum 90 fuerit semper agnomini applicabitur.

13. Altera autem pars qualitatis appellatiua nomina sunt, quae septem et uiginti formis constant.

I. Sunt autem alia uel CORPVS uel CORPORALITATEM significantia, ut 'terra', 'humus', 'ensis', 'caelum', 'uentus'.

95 II. Alia INCORPORALITATEM, ut 'pietas', 'iustitia', 'dignitas', 'doctrina' : haec enim officia spiritus sunt, non corporis.

14. Haec et principalia dicuntur.

III. Alia PRIMAE POSITIONIS sunt, quod originaliter posita diriuatiua ab eis emittunt, ut 'mons', 'scola', 'montanus', 100 'scolasticus'. Sciendum est quod non solum ab appellatiuis diriuatiua procedunt, sed a propriis, ut 'Tullius' 'Tullianus' facit.

71/72 Pomp. (KEIL, v, 140, 28 sqq.). 73/74 Verg., *Aen.*, XII, 348. 75 Verg., *Aen.*, IX, 593 (*Remulo*). 76/80 Pomp. (KEIL, v, 141, 16). 83 Pomp. (KEIL, v, 142, 15 sqq.). 84/85 Cons. (KEIL, v, 339, 23 sqq.). 86 Verg., *Aen.*, VII, 648 (*c. d. M.*). 80/87 Verg., *Aen.*, IV, 661-662. 87 Verg., *Aen.*, V, 570. 91/92 Don. (KEIL, iv, 373, 11). 93/94 Don. (KEIL, iv, 373, 12) ; Pomp. (KEIL, v, 143, 13) ; Isid., *Orig.*, I, vii, 3. 95/96 Don. (KEIL, iv, 373, 12 sq.) ; Pomp. (KEIL, v, 143, 13 sq.) ; Isid., *Orig.*, I, vii, 4. 98/100 Don. (KEIL, iv, 373, 13) ; Pomp. (KEIL, v, 143, 15 sq.) ; Isid., *Orig.*, I, vii, 7. 100/102 Cons. (KEIL, v, 340, 15 sq.).

LP 71 quisque] quis *codd.* 79 cognominando 81 meruerint 82
praenomine et nomine atque agnomine *corr.* 83 appellantur 87
Iulus] 7, Iulius *codd.* 88 Hector 90 haec] *add.* autem P

III. Alia DIRIVATIVA, quae regulae non subiacent, sed in infinitum proueniunt ; in his tamen, ut Plenius Secundus ait, 105 auctoritas sequenda est, nam a 'monte' 'montanus' et 'monticus' et 'montinus' et 'montuosus' et 'montensis' et 'monticius' et 'montibilis' inuenimus.

15. Sed non omnia primae positionis nomina tantum numerum diriuatorum nominum ex se procreare solent.

110 V. Alia VERBIALIA, quae et diriuatiua sunt : ueniunt enim a uerbis, ut 'lector', 'dictor', ab ultima forma gerendi uerbi, quae est 'lectu', 'dictu', 'u' litteram motante in 'or' syllabam, ut 'lectu, lector'. Sed in hoc distant uerbialia diriuatiua et a nominibus uenientia, quod uerbialia in 'or' syllabam semper 115 dissinunt et masculina sunt — facientia ex se feminina in 'trix' syllabam mittunt 'or', ut 'hic lector, haec lectrix', et utraque tertiae declinationis sunt — ; a nominibus uero uenientia in 's' litteram terminantur, sed duplici syllaba, in 'us' et in 'is', ut 'montanus, montibilis' : haec et generibus declinationibusque dissentiunt, nam 'montanus' mobile per tria 120 genera est et secundae declinationis est, ut 'hic montanus, huius montani, haec montana, hoc montanum', 'montibilis' uero commune duorum est et neutrum ex se faciens semper in 'e' litteram mittit et tertiae declinationis est, ut 'hic' et 'haec 125 montibilis, huius montibilis' et 'hoc montibile'.

VI. Alia DIMINVTIVA, quae et a nominibus ueniunt, ut 'mons, monticulus'. Haec et in hoc a diriuatiuis distant quod, quamuis nomen forment a positiuo, ut diriuatiua, tamen minuunt sensum et per tres gradus exeunt, ut 'agnellus, 130 agnicellus, agnicellulus'; quorum forma et sensus quanto magis minuetur, tanto amplius crescit sepe numerus syllabarum. Sepe diximus, non semper, quod secundam et tertiam diminutionem sensuum sub eodem numero syllabarum inuenimus, ut 'homulus, homunculus, homuncio' : ecce qua- 135 drisyllabi secundus et tertius gradus sunt, sed tamen sensibus dispare, nam minor 'homuncio' quam 'homunculus' est.

103 Don. (KEIL, IV, 373, 14) ; Pomp. (KEIL, V, 143, 17 sqq.) ; Cons. (KEIL, V, 340, 13 sqq.) ; Isid., *Orig.*, I, VII, 8. 103/104 Pomp. (KEIL, V, 144, 7 sq.). 104/105 Pomp. (KEIL, V, 144, 14 sqq.) 105 Isid., *Orig.*, I, VII, 8. 105/106 MAI, n° 1662. 106 MAI, n° 1660. 110/111 Don. (KEIL, IV, 374, 12). 112/113 Cled. (KEIL, V, 37, 13 sqq.) ; Pomp. (KEIL, V, 149, 3 sqq.). 116/117 Prob. (KEIL, IV, 12, 25 sqq.) ; cf. infra p. 36, l. 1125 ; p. 39, l. 1241. 126 Isid., *Orig.*, I, VII, 9. 129/130 Pomp. (KEIL, V, 143, 28 sq.). 130/132 Don. (KEIL, IV, 373, 14 sq.). 134 Prisc. (KEIL, II, 109, 1-3).

LP 104 is P tamen ut] f nu P Plinius W 104/105 Secundus ... auctoritas] fretas P 109 solent] desin. W 112 quae] om. P motans L, mutans P LAP 113 ut] lut (= [ue]l ut ?) P 114 uenientibus P 116 trix] strix P lector] incip. A 124 haec] ex P 129 angellus A P 133 numerus A P

16. De primitiuis ergo nominibus et deminutiuis est ratio, nulla uero de diriuatiuis.

17. Deminutiua autem non solum a positiuo, sed etiam a
140 comparatiuo gradu interdum ueniunt, ut 'grandis' 'grandicu-
lus' facit; sic 'grandior' 'grandiusculus'.

VII. Alia DIMINVTIVIS SIMILIA, ut 'tabula', 'macula', 'fabula',
'uinculum': haec sunt sono tantum quasi diminutiua, intel-
lectu principalia, et in hoc distant a diminutiuis quod non
145 inuenies eorum primam positionem a qua oriri possint sicut
diminutiua; numquam enim legitur 'tabu', 'macu', 'fabu',
'uincu'.

VIII. Alia TOTA GRECA sunt, ea uidelicet nomina quorum
Latini formam a Greca declinatione non motant, sed eandem
150 litteraturam cum Grecis in declinatione seruant, ut 'haec
Themisto', feminino genere.

VIII. Alia TOTA LATINA, quae penitus apud Latinos Gre-
cam formam perdiderunt, ut 'Odiseys' Grece, Latine 'Vlixes'.

X. Alia NOTHA sunt, quae ex parte Latina sunt et ex parte
155 Greca, ut 'Achileys, Achilles', 'Agamemnon, Agamemno'.
Corrumpitur autem ultima syllaba quattuor modis, prioribus
integris: primo, ultima littera commutatur, ut 'Elene' Grece,
Latine 'Elena'; secundo, pene ultima uocalis commutatur,
manente tempore, ut 'Menelaos' Grece, Latine 'Menelaus',
160 uel cum ultima diptongos inmotatur: dicimus nos 'Achiles',
cum illi dicunt 'Achileys'; tertio, pene ultimae uocalis tempus
inmotatur, ut ῥήτωρ Grece, Latine 'rethor'; quarto, amis-
sione ultimae consonantis, tempus permotatur, ut λέων,
Πλάτων Grece, Latine 'leo', 'Plato'.

165 18. Haec notha dicuntur quasi corrupta ignobilitate; nothus
enim dicitur quisquis nascitur de nobile matre et ignobile
patre.

140/141 Cons. (KEIL, v, 340, 22 sqq.). 142/146 Don. (KEIL, iv, 373, 16);
Pomp. (KEIL, v, 145, 7 sqq.); Cons. (KEIL, v, 340, 26 sqq.); Isid., *Orig.*, I, vii, 10.
148/151 Don. (KEIL, iv, 373, 17 sq.); Pomp. (KEIL, v, 145, 14 sqq.); Isid., *Orig.*,
I, vii, 11. 152/153 Don. (KEIL, iv, 373, 18 sq.); Pomp. (KEIL, v, 145, 19 sqq.);
Isid., *Orig.*, I, vii, 12. 154/156 Don. (KEIL, iv, 373, 19 sqq.); Isid., *Orig.*,
I, vii, 13. 158/160 Pomp. (KEIL, v, 145, 23 sqq.). 161/162 Prob. (KEIL,
iv, 7, 20). 163/164 Pomp. (KEIL, v, 145, 23 sqq.). 165/167 Pomp. (KEIL,
v, 145, 23 sqq.).

LAP 128 declinatiuis A P 139 non solum] minutiua A P 143 sono tantum]
sonat mi A P 146 tabu] tuba A P 149.149/151 formam a Greca ... motant,
sed ... cum Grecis ... genere] formam grecis ... genere hec a greca ... mutant
~ A P 154 et] om. A P 159 menelaes¹ *codd.* 161 uocabilis A P 162
praemotatur A, praemutatur P RHTΘOR L, -OR I A P 163 ultimi *codd.*
ΛΗΩΝ *codd.* 164 ΠΛΑΤΩΝ L, ΠΑΑΤΩΝ A P

XI. Alia SINONIMA uel POLIONIMA, i.e. multiuoca uel plu-
 170 riuoca, quod multa nomina unam rem significant, ut 'terra',
 'humus', 'solum', 'tellus' idem sunt, et 'ensis', 'gladius',
 'mucro' idem significant.

XII. Alia OMONIMA, i.e. uniuoca, quod multae res, e con-
 trario, uno nomine significantur, ut est 'nepos', quod est
 'filius filiae' et 'prodigus terrae parentum'; et 'auorum nepos'
 175 dicitur — 'nepa' quoque quoddam genus serpentis uocatur.
 Item 'acies' oculorum et ferri et exercitus dicitur.

XIII. Alia PATRONOMICA, i.e. patrilega, quod patrum lege
 subnexa tenentur: νόμος enim Grece 'lex' dicitur. Haec et
 ab auis et a maioribus et a matribus sepe dicuntur, et a fratri-
 180 bus nonnumquam fiunt, ut a patre Euandro 'Euandrides'
 dicitur Pallas filius eius; ab auis, ut 'Eiacides', i.e. Achilles:
 Eiacy nepos fuit: Eiacus enim genuit Peleum, Peleus Achilem.

19. Horum patronomicorum masculina aut in 'des' exeunt,
 ut ab Atrio 'Atrides', aut in 'ius', ut a Peleo 'Peleius', aut in
 185 'on', ut ab Atrio 'Atrion'; feminina uero aut in 'is' exeunt,
 ut ab Atrio 'Atreis', aut in 'as', ut a Peleo 'Peleias', aut in 'ne',
 ut ab Euandro 'Euandrine'; sed ex his unum, i.e. in 'on',
 Latina nomina non recipiunt, sed Greca tantum.

XIII. Alia CTETICA, i.e. abusiua uel possessiua, quod posses-
 190 sam rem ab aliquo designant, ut 'Euandrius ensis', 'Agamem-
 noniae Mechenae'. Sciendum est tamen quod patronomica,
 nisi 'ius' terminata, ctetica esse nequeunt: possumus enim
 dicere 'Euandrius iuuenis Pallas' et 'Euandrius ensis', 'Euan-
 drides' uero 'ensis' non possumus dicere.

195 20. Haec utraque <in> hoc a diriuatiuis distant, quod pa-
 trononica et ctetica a propriis, diriuatiua ab appellatiuis
 nominibus ueniunt.

XV. Alia EPITHETA, i.e. adiectiua, quia plenum intellectum
 non habent nisi aliis nominibus adieciantur, ut 'fortis',
 200 'magnus': nescis enim quem fortem aut magnum dicis nisi
 uiro aut exercitui coniunxeris, ut 'fortis uir', 'magnus exerci-
 tus'. Haec autem et mediae significationis dicuntur, quod ad

168/171 Don. (KEIL, IV, 373, 22 sq.); Cons. (KEIL, V, 341, 20 sqq.); Isid., Orig., I, VII, 14. 172/173 Don. (KEIL, IV, 373, 21 sq.). 173/174 Pomp. (KEIL, V, 146, 12 sqq.). 174 Isid., Orig., IX, VI, 23. 175 Isid., Orig., X, 193. 176 Isid., Orig., IX, III, 56-57; XVIII, VI, 2. 177 MAI, n° 1665. 178/182 Don. (KEIL, IV, 373, 23 sqq.); Pomp. (KEIL, V, 146, 28 sqq.); Cons. (KEIL, V, 341, 11 sqq.). 182/188 Don. (KEIL, IV, 373, 23 sqq.); Pomp. (KEIL, V, 146, 28 sqq.); Cons. (KEIL, V, 341, 11 sqq.). 188/194 Don. (KEIL, IV, 373, 28 sq.); Cons. (KEIL, V, 341, 2 sqq.); Isid., Orig., I, VII, 21. 198/202 Don. (KEIL, IV, 374, 2 sqq.); Pomp. (KEIL, V, 147, 12 sqq.); Isid., Orig., I, VII, 22.

LAP 178 nomus codd. 186 peleca¹ L, pellea P Pelcas² codd. 188 Greca] gñ AP
 189 cethica codd. 192 cethica L P 196 cethica L P 197 nominibus] suppl. I
 200 quid codd.

quamuis rem — quasi in medio posita — uertere possis, ut
'fortis exercitus', 'fortissimus miles'.

- 205 XVI. Alia QUALITATIS, i.e. specialis qualitatis sub illa generali nominum qualitate, ut 'bonus', 'malus'. Haec triformiter eueniunt, i.e. ab animo, ut 'sapiens', 'stultus'; a corpore, 'candidus', 'formosus', extrinsecus, 'felix', 'diues'.

- XVII. Alia QUANTITATIS, ut 'paruus', 'magnus'. Haec et a
210 mensura deducuntur, licet abusiue interdum pro qualitate ponantur, ut 'magnanimum Aenean'.

21. In his tamen tribus speciebus, i.e. adiectivae et qualitatis et quantitatis, sunt nomina quae conparationem recipiunt.

- XVIII. Alia GENTIS, ut 'Grecus', 'Hispanus', qui auctores
215 fuerunt prouinciarum Graeciae uel Hispaniae, a quibus et nomina prouinciarum diriuantur.

XVIII. Alia PATRIAE, ut 'Romanus', 'Thebanus' : quasi enim locorum auctoritate aut terrae situ dicuntur, ut 'Romanus' a Roma, 'Thebanus' a Thebaida.

- 220 XX. Alia NUMERI, ut 'unus, duo, tres, quattuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem'.

XXI. Alia sunt ORDINIS, ut 'primus, secundus, quintus, decimus'.

- XXII. Alia AD ALIQUID dicuntur, ut 'pater', 'magister' ;
225 dicto enim patre aut magistro, respicit intellectus ad filium et discipulum, et non potest filius esse nisi fiat pater, nec discipulus nisi magister.

XXIII. Alia AD ALIQUID QUALITER SE HABENTIA dicuntur : contrarietate enim inter se respectant, ut 'dexter', 'sinister'.

- 230 Haec conparationem habent, ut 'uiuus' et 'mortuus' : quid enim tam contrarium uiuo quam mortuus ? sic nox diei et niger candido.

- XXIII. Alia GENERALIA, quae multas species in se continent, ut 'animal' : ecce homines et iumenta et omnis corporalis
235 creatura spiritu uitali fruens animal dicitur.

205/206 Don. (KEIL, IV, 374, 4 sq.) ; Isid., Orig., I, VII, 18. 206/208 Pomp. (KEIL, V, 147, 21 sqq.). 206/211 Don. (KEIL, IV, 374, 5) ; Pomp. (KEIL, V, 147, 24 sqq.) ; Isid., Orig., I, VII, 19. 214 Don. (KEIL, IV, 374, 5) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 5 sqq.) ; Isid., Orig., I, VII, 23. 217 Don. (KEIL, IV, 374, 6) ; Isid., Orig., I, VII, 24. 220 Don. (KEIL, IV, 374, 6) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 10). 223 Don. (KEIL, IV, 374, 7) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 11). 224/227 Don. (KEIL, IV, 374, 8 sq.) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 13 sq.) ; Isid., Orig., I, VII, 16. 228/232 Don. (KEIL, IV, 374, 9 sqq.) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 26 sqq.) ; Cled. (KEIL, V, 36, 31 sqq.) ; Isid., Orig., I, VII, 17. 233/234 Don. (KEIL, IV, 374, 11) ; Isid., Orig., I, VII, 5.

LAP 205/207 Haec ... eueniunt] om. A 206 triformiter] ut formiter P 221 octo]
LP om. A 225 intellectus] desin. A 228 qualiter] aliter L, aliāter P 230
ut] et codd.

XXV. Alia SPECIALIA, ut 'homo' : separat enim specialiter hominem a generale nomine animalium, quia non potes dicere de homine 'equum' ; sic et cetera, ut 'bos', 'uacca', 'ouis'.

XXVI. Alia PARTICIPIS SIMILIA, quorum ratio duplex est.

240 22. Nam alia originalia sunt et comparisonem recipiunt, ut 'potens, potentior, potentissimus' et 'clemens, clementior' et reliqua : his enim uerba non inuenies a quibus oriantur, ut 'legens' participium a uerbo 'lego' procedit.

23. Alia a uerbis ueniunt ut participia, sed in hoc constat 245 non esse participia quod conparationem sortiuntur et temporibus carent, ut 'amans, amantior, amantissimus' et in hoc differunt quod, si genetium casum <quidque> traxerit, nomen est, ut 'amans illius', si uero accusatiuum, participium, ut 'amans illum'.

250 XXVII. Alia VERBIALIA, quod uerbis litteratura similia sunt, intellectu tamen multum distant, ut 'comedo', 'palpo', 'contemplator', 'speculator'. Nam quando <quidque> uerbum est, tempus et modum et personam habent, ut 'comedo' et 'palpo' indicatiui modi sunt, personae primae, praesentis temporis, 255 'contemplator' uero et 'speculator' imperatiui modi, futuri temporis, personae secundae, ac si dicas 'attende'. Quando autem nomina sunt, casus requirunt, ut 'hic contemplator, huius contemplatoris', reliqua.

24. Inuenimus NOMINA AETATIS ab Hieronymo inuenta, ut 260 'bimus, trimus'. Et alia DE SONO facta, ut 'mugitus', 'rugitus'.

25. Sciendum est autem quod, quamuis hae septem et uiginti species supradictae aliquando inter se commixtae sint — ut 'dexter' et 'sinister' diximus sub specie, quia quiddam contrarietatis dicto nomini per alterum significant ostendi : 265 potest et sub specie qualitatis esse, quod comparisonem recipit — tamen in aliquibus formis dispares sunt, ut 'mortuus' et 'uiuus', quae comparari nequeunt, licet qualitas in eis cernatur.

226 Don. (KEIL, IV, 374, 11 sq.) ; Pomp. (KEIL, V, 148, 33) ; Isid., *Orig.*, I, VII, 6.

239 Don. (KEIL, IV, 374, 12 sq.) ; Pomp. (KEIL, V, 149, 19 sqq.) ; Isid., *Orig.*, I, VII, 25.

250/256 Don. (KEIL, IV, 374, 13 sq.) ; Pomp. (KEIL, V, 150, 13-21) ; Cled. (KEIL, V, 37, 19-22) ; Isid., *Orig.*, I, VII, 26. 259/260 An., 170. 260 An., 170. 266/267 Pomp. (KEIL, V, 148, 28 sq.).

LP 241 ut ... potentissimus] *in marg. sin. suppl. l. om. P* 249 amans] legens L
261/262 septem et uiginti] *suppl. l* 263 quia] quae *codd.* 264 significantur
codd.

DE COMPARATIONE.

- 270 **26.** Comparatio est eloquutio quae ex alterius conlatione alterum praefert; nam de uno numquam dicitur 'doctior' nisi ad alterius comparationem respiciatur. Comparatio autem aut auget aut minuit et ipsud quod minuit ad sensum auget, ceterum ad sonum minuit, ut 'doctus, doctior, doctissimus':
 275 ecce hic auxit; item 'stultus, stultior, stultissimus': minuit, sed tamen auxit, ut si dicas 'mendicus' qui parum habet, 'mendicior' qui minus habet, 'mendicissimus', qui minimum: sed tamen auxit sensum, nam paupertatis augmentum per gradus creuit.
 280 Omnia ergo nomina quae per se naturaliter plena sunt comparationem non debent recipere, ut 'perfectus': 'perfectior' dici non potest quia perfectus non est nisi cui nihil deest

27. Comparationis gradus sunt tres, positivus, ut 'doctus', comparativus, ut 'doctior', superlativus, ut 'doctissimus'.

- 285 **28.** POSITIVVS dictus est eo quod primo ponitur — ceterorum enim fundamentum est — quem et quidam falso gradum esse negant: nam et origo et fundamentum est, quia ab eo ceteri oriuntur gradus. Sunt autem positivi gradus species tredecim, in 'us', in 'a', in 'um', in 'er', in 'es', in 'is', in 'e',
 290 in 'ans', in 'ens', in 'ax', in 'ex', in 'ix', in 'ox', ut 'doctus', 'docta', 'doctum', 'niger', 'diues', 'fortis', 'forte', 'amans', 'potens', 'audax', 'senex', 'felix', 'uelox'. Harum primae quattuor species comparativum gradum genetivum suo adiecta 'or' aut 'us' syllaba faciunt, ut 'huius docti, pulchri', 'doctior',
 295 pulchrior'; superlativum autem 'us' finita adiectis syllabis 'simus' eius ablativum plurali, 'er' uero finita nominativum singulari 'rimus', efficiunt, ut 'ab his doctis, doctissimus', 'hic pulcher, pulcherrimus'.

- 29.** Cetera siquidem comparativum gradum a dativum singulari, superlativum a genetivum per 'or' et 'simus' syllabas creant, ut 'huius diuitis, fortis, amantis, potentis, audacis, felicitis, uelocis', 'diuitissimus, fortissimus' et reliqua, et 'huic diuiti, forti', 'diuitior, fortior'.

DE COMPARATIONE. 270/271 Pomp. (KEIL, v, 150, 33 sq.). 271/272 Pomp. (KEIL, v, 150, 34 sq.). 272/279 Pomp. (KEIL, v, 150, 35 sqq.). 280/282 Pomp. (KEIL, v, 151, 8 sqq.); Seru. (KEIL, iv, 407, 9). 283/284 Pomp. (KEIL, v, 151, 19 sq.). 285/286 Isid., Orig., I, vii, 27. 286/288 Cons. (KEIL, v, 342, 4). 288/289 Pomp. (KEIL, v, 152, 26 sqq.).

LP DE COMPARATIONE. 289 ΔΗ ΚΟΜΠΑΡΑΤΙΩΝΕ L, ΔΗ ΚΟΜΠΑΡΑΤΙΩΝΗ
 LAP P 276 paruum P 281 perfectior] inc. A 283 tres] om. A P 284
 syllabam codd.

Item omnis positivus gradus in 'us' et 'er' terminatus
 305 mobilis est per tria genera, <ut> 'hic doctus, haec docta, hoc
 doctum', 'niger, nigra, nigrum', 'is' uero finitus communis
 duorum generum est, neutrum in 'e' mittens, ut 'hic' et 'haec
 fortis' et 'hoc forte'; et 'ans' et 'ens' et 'ax' et 'ex' et 'ix' et
 'ox' <finiti> communes sunt trium generum, ut 'hic' et 'haec'
 310 et 'hoc amans, potens', et reliqua.

30. COMPARATIVVS gradus masculino et feminino genere
 semper communis est, faciens ex se neutrum in 'ius', ut 'hic'
 et 'haec doctior' et 'hoc doctius' — excepto uno quod est
 'senior': de femina enim non possumus dicere 'senior' —;
 315 ablativus quoque utriusque numeri casui sine praepositione,
 quoties aliquem uel alieno uel suo generi comparamus, iungi
 debet: dicimus enim 'uelocior canis cane' et 'uelocior equo'.
 Sed et 'quam' particula nominativus comparativum gradum
 iungere solet, ut 'fortior hic quam ille'.

31. SUPERLATIVVM uero palam est genetivus tantum plurali
 320 iungi oportere, et tum hoc utimur cum aliquem suo non alieno
 genere comparamus, ut 'Hector fortissimus Troianorum', non
 Grecorum, quia de Troianis fuit.

32. Comparantur ea sola nomina quae aut qualitatem aut
 325 quantitatem significant, sed non omnia per omnes gradus
 eunt. Aliquando enim positivus tantum gradus inuenitur, ut
 'mediocris': 'mediocrior' non erit; aliquando positivus et
 comparativus, ut 'senex, senior'; aliquando positivus et super-
 lativus, ut 'pius, piissimus' — quod cum evenit pro secundo
 330 gradu 'magis' adverbium ponimus, ut 'magis pius'; nam
 quinque sunt adverbia uel sex quae non possunt iungi nisi
 positivo tantum: 'tam', 'magis', 'maxime', 'minus', 'minime';
 addunt alii 'adeo'; sed 'tam', 'magis', [et] 'minus', 'adeo'
 comparativi gradus adverbia sunt, 'maxime' uero et 'minime'
 335 superlativi; aliquando comparativus et superlativus, ut 'ulter-
 ior, ultimus'; aliquando superlativus tantum, ut 'nouissimus'.

304/305 Pomp. (KEIL, v, 152, 21 sqq.). **311/312** Pomp. (KEIL, v, 152, 33 sqq.).
315/317 Pomp. (KEIL, v, 157, 20 sqq.); Cons. (KEIL, v, 342, 18 sqq.). **320/322**
 Cons. (KEIL, v, 342, 23 sqq.). **324/329** Don. (KEIL, iv, 374, 17 sqq.); Pomp.
 (KEIL, v, 154, 8 sq.; 17 sqq.). **329/330** Don. (KEIL, iv, 374, 21 sq.). **330/332**
 Pomp. (KEIL, v, 156, 1 sqq.). **332/335** Cons. (KEIL, v, 342, 35 sqq.). **335/337**
 Pomp. (KEIL, v, 154, 19 sqq.).

LAP **304** in us] om. A P **306** doctum] om. A P commune L, iscommune A P
306 et ex] om. A P et ix] om. L **309** communia L A p **312** com-
 mune codd. **313** uno] om. P **318** comparatur A P **321** tum] om. A P
324/325 aut quantitatem] om. A P

33. Sunt tria nomina tantum quae per se non repraesentant gradus suos, sed per alias formas aliter inductas comparatiuum
 340 faciunt, ut 'bonus, melior, optimus', 'malus, peior, pessimus',
 'magnus, maior, maximus'. Hic idem superlatiuus plerumque
 pro positio ponitur, sed non comparatur, ut cum dicimus
 'Iopiter optimus maximus' : ac si diceretur 'bonus magnus'.

34. Interdum comparatiuus gradus praeponitur superlatiuo,
 345 ut 'stultior stultissimo' et 'maior maximo' : nam aliquem
 Gallorum stultum, i.e. nihil rationis scientem, possumus
 dicere stultiorem Grecorum philosopho stultissimo. Item sepe
 comparatiuus, quamuis recipiat comparationem, minus posi-
 tuius significat, ut est 'mare Ponticum dulcius quam cetera',
 350 i.e. minus amarum : minus enim est quod dixit 'dulcius' quam
 dixisset 'dulce' [est]. Item comparatiuus posituius uim habet,
 ut Virgilius ait : *Iam senior sed cruda deo uiridisque senectus* ;
 ecce 'senior', quasi dixisset 'senex', Caron, quem nemini con-
 parauit ut senior eo esset : numquam enim possumus dicere
 355 'seniorem' nisi ad comparationem similis. Illa enim uera com-
 paratio est quae inter pares fuerit, alioquin abusiuu.

35. Sunt quaedam nomina significatione deminutiua, in-
 tellectu comparatiua, ut 'grandiusculus', 'maiusculus' : horum
 enim prima positio non inuenitur, sed a comparatiuis ueniunt,
 360 i.e. a 'grandior' et 'maior', 'grandiusculus', 'maiusculus'.

DE GENERIBVS.

36. Omnia genera nominum aut naturalia sunt aut artifica-
 lia. Naturalia secundum quosdam sunt duo, masculinum et
 femininum, quoniam omne, scilicet animal, necesse est esse
 365 aut masculinum aut feminam. Dicta autem [haec] ab eo
 sunt genera quia generare possunt. Denique naturaliter pri-
 mum masculinum genus mares, femininum feminas appellat ;
 nam, cum dicamus 'Cato' aut 'Marcia', nomina hominum
 dicimus, quia nullum nomen ipsud aut masculus aut femina
 370 est — generi tamen subiacet, quia corporis nomen est. Recte
 masculinum genus aut femininum, non masculum aut feminam

338/341 Pomp. (KEIL, v, 154, 24 sqq.).

341/342 Don. (KEIL, iv, 375, 9 sqq.).

344/345 Don. (KEIL, iv, 374, 27 sq.).

347/352 Cons. (KEIL, v, 342, 27 sqq.).

351/355 Pomp. (KEIL, v, 155, 10 sqq.).

352 Verg., *Aen.*, VI, 304. 357/360

Don. (KEIL, iv, 374, 33 sq.).

DE GENERIBVS.

362/365 Cons. (KEIL, v, 343, 7-27).

365/366 Isid.,

Orig., I, vii, 28.

L(A)P 338 quae] *desin.* A

343 diceret L, dicere P.

LP DE GENERIBVS.
 nam] sed qm *codd.*

361 ΔH ΓNHHPIBYC L, ΔH ΓHNHPIBVS P 368

dicimus : non enim nomina generant, sed corpora quorum illa sunt nomina. Ita non nomen masculus aut femina est, sed homo aut animal cuius illud nomen est. Quod cum ita sit, 375 remanet ut in hac tali declinatione nominum, quod masculina potius quam mares, feminina quam feminas dicamus, naturale generis nomen uideatur omissum — sed tamen principalia haec dicuntur esse.

37. Ergo post haec duo genera naturalia seu principalia 380 tertium genus, quod neutrum dicitur, natura produxit ; nam quicquid masculinum aut femininum non sit, id neutrum natura esse iudicauit, ut 'lignum', 'mare', 'caelum'.

38. Ita ergo tria genera primum constituit natura ; his sequuta ars quartum addidit genus, naturali sublata discre- 385 tione : nam quicquid per naturam sexui non assignatur neutrum haberi oporteret, sed id ars cui uoluit generi seu licenter seu decenter adscripsit, ut 'hic aer', 'haec terra'. Consuetudinem sequuta est ut 'militem' masculino generi censeret, quia hoc officium marium est, item 'textrinam' fe- 390 minino, quia hoc officium feminarum proprie dicitur. Rationem aliquam sequuta est ut masculum 'celibem', feminam 'uiduam' appellaret, ut discretio ipsa nominum ostenderet solitudinis disparem qualitatem.

39. His tribus generibus, seu naturaliter seu artificialiter in- 395 uentis, quartum per eandem artem inductum est, quod commune dicitur propter communionem utriusque sexus officii, ut 'hic' et 'haec sacerdos' ; uterque enim sexus antike apud gentiles hoc officio usus est.

Hoc quoque aliquando trium generum commune est, quod 400 et omne dicitur, quia omnia naturalia in se complectitur genera, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc felix'.

40. Praeterea sunt quaedam nomina promiscua, non quod nomina sint in se commixta aut res quarum nomina sunt — sed nobis discretio sexuum non apparet ; nam, cum dico 405 'coruus', masculino genere, utrumque sexum sub una significatione mixtim nomino, non quod in sua natura non sint separata, sed nos non possumus discernere, ideo consuetudine utrumlibet sexum masculino generi applicamus. Sic et 'aqui-

379/380 Cons. (KEIL, v, 343, 24 sq.). 383/387 Cons. (KEIL, v, 344, 1 sqq.).
 390/393 Cons. (KEIL, v, 344, 5 sqq.). 394/396 Cons. (KEIL, v, 344, 22 sq.) ;
 Isid., Orig., I, vii, 28. 402/408 Pomp. (KEIL, v, 161, 4 sqq.) ; Cons. (KEIL, v,
 344, 23 sqq.).

LP 377 genus P 388 est] add. item textrinam femininum quod hoc ... (cf. lin. 389/391) ... sequuta est ut militem ... (cf. lin. 388/389) ... quod hoc officium marium est L, quod exp. l 391 celebrem P 392 discriptio P 400 completur P 402/403 promiscua ... nomina] om. P 403 in se] inter se L, in re l

lam' feminino et cetera nomina auium et piscium reptiliumque
 410 — aut masculino genere utrumque sexum aut feminino —
 auctoritate praeuante pronuntiamus.

Ergo hoc interest inter commune et promiscuum quod in
 communi duos aut tres habemus articulos pro qualitate sexus
 diuidendi, in promiscuo unum ; item nullum nomen masculino
 415 genere tantum commune inuenitur, aut feminino et neutro.

Sunt autem nomina neutralia pluralis numeri uenientia
 a nominibus feminini generis, quae non habent singularem
 numerum, ut 'haec uictrix, hae uictrices, haec uictricia' facit
 — et non erit 'uictricum'.

420 41. Hoc animaduertere debemus quod pleraque nomina
 aliud genus sono, aliud intellectu ostendunt. Est enim sono
 masculinum, intellectu femininum, ut 'Eunuchus comedia' —
 quando enim de comedia dicis, 'haec Eunuchus comedia' di-
 cenda est — ; item sono femininum, intellectu masculinum, ut
 425 'hic Finistella scriptor', 'hic Aquila orator' ; est etiam sono
 neutrum, intellectu femininum, ut 'haec Gligerium', sed
 haec Graeciae consuetudinis sunt ; est uicissim sono femininum,
 intellectu neutrum, ut 'hoc dogma' ; sono masculinum, intel-
 lectu neutrum, ut 'hoc pilagus' : nam conuersim sono neutrum,
 430 intellectu masculinum nullum inuenitur. Igitur generis mascu-
 lini forma est nominatiuum 'us' terminari, feminini 'a',
 neutri 'm', sed hoc auctoritas frequenter confundit.

42. Etiam illud animaduertendum est nobis quod pleraque
 nomina alterius generis sunt in singulari numero, alterius in
 435 plurali : nam singularis est 'hoc balneum', pluralis 'hae
 balneae' facit ; singularis 'hic Tartarus', pluralis 'haec Tar-
 tara' ; singularis 'hoc caelum', pluralis 'hii caeli'. Inuenitur
 quoque plerumque in uno eodemque numero uarietas generis,
 ut 'hic uulgus' et 'hoc uulgus'.

440 43. Item quaedam sunt incerti generis nomina inter femini-
 num et masculinum, ut 'cortex', 'silex', 'finis', 'pampinus',
 'dies', 'stirpis', 'pinus' : utrouis enim genere lecta inueniun-
 tur, sed 'stirpis' certam obseruationem habet : nam quando
 de humana prole est, feminino genere 'stirpem' dicimus ; de
 445 arbore, masculino.

Item incerti generis sunt inter masculinum et neutrum, ut
 'uulgus', 'specus', 'frenus', 'clipeus' ; inter femininum et
 neutrum, ut 'buxus', 'pirus', 'prunus', 'malus', sed fructus et

416/419 Seru., *ad Aen.*, III, 54. 420/430 Cons. (KEIL, v, 345, 1 sqq.). 433/
 439 Cons. (KEIL, v, 345, 10 sqq.). 440/445 Cons. (KEIL, v, 345, 24 sqq.).
 446/447 Cons. (KEIL, v, 345, 31 sq.). 447/450 Cons. (KEIL, v, 346, 1 sqq.).

arbores discernimus nominando arbores feminino genere,
 450 fructus neutro, ut 'haec buxus' et 'hoc buxus'. Hoc et in
 nominibus urbium saepe euenit, ut 'hic Narbo' et 'haec Narbo',
 'hoc Nauissum' et 'haec Nauissus'. De gentibus similiter
 incerti generis inueniuntur, ut 'hic Iliricus', 'hoc Iliricum'.
 Item de montibus, ut 'hic Soractis' et 'hoc Soracte'.

455 44. Praeterea sunt fixa generum nomina, sunt mobilia,
 sunt in totum nec fixa nec in totum mobilia.

Fixa sunt quae nequaquam in aliud genus conuerti possunt,
 ut 'pater', 'mater', 'frater', 'soror' : non enim dicitur 'patra'.
 Mobilia uero sunt quae in aliud genus moueri possunt uel
 460 motari, ut 'bonus, bona, bonum', 'malus, mala, malum'. Haec
 mobilia nomina appellatiua tria genera faciunt, propria duo,
 ut 'Tullius, Tullia'.

Ea uero quae nec in totum fixa sunt aut nec in totum mobilia
 eius modi sunt quae transeunt quidem in aliud genus,
 465 sed non seruant primae formae litteraturam et duorum generum
 sunt, ut 'gallus, gallina', 'rex, regina', 'leo, leaena', 'draco,
 dracena'.

45. Item omnis diminutio genus positiui gradus seruat, ut
 'hic agnus, haec columna', 'hic agniculus, haec columella',
 470 exceptis istis paucis quae non seruant, i.e. 'hoc scutum'
 'haec scutella' facit, 'hoc pistrinum', 'haec pistrilla' — 'canis'
 commune est : facit ex se 'haec canicula' —, 'haec rana, hic
 ranunculus', 'haec scutra, hic scutrillus', 'haec beta, hic
 betacius'.

475 DE NVMERO.

46. Numeri nominum sunt duo, singularis, ut 'hic uir',
 pluralis, ut 'hi uiri', quamuis quidam dualem dixerint 'duo,
 [et] ambo, uterque' ; sed tamen recta ratione apud Latinos
 duo sunt tantum numeri, singularis et pluralis.

480 Non tamen omnia nomina utrumque numerum recipiunt :
 nam sunt pleraque semper singularia, alia semper pluralia :
 singularia masculini generis 'pulis' et 'sanguis' ; feminini
 'pax', 'lux', 'fama', 'inuidia' ; neutra 'aurum', 'oleum', 'fer-

452/454 Cons. (KEIL, v, 346, 3 sqq.). 463/467 Cons. (KEIL, v, 346, 14 sqq.).
 468/474 Cons. (KEIL, v, 346, 26 sqq.) ; Pomp. (KEIL, v, 164, 13 sqq.). 473 cf.
 MAI, n° 1228.

DE NVMERO. 476/479 Cons. (KEIL, v, 347, 32 sqq.). 480/488 Cons.
 (KEIL, v, 348, 4-10).

LP 450 et¹ ... buxus²] in marg. suppl. l 452 Nauissum] abissum L, abipsium P
 Nauissus] abyssus codd. ; cf. MAI, n° 1470 456 in ... nec¹] om. P 466
 lena L, leena P.

DE NVMERO. 475 ΔΗ ΝΥΜΗΡΩ ΝΩΜΙΝΥΜ L, ΔΗ ΝΥΨΗΡΩ
 ΝΩΨ P

rum', et fere cetera quae ad mensuram pondusue referun-
 485 tur; pluralia masculini generis 'Manes', 'Quirites', 'cancelli',
 feminini generis 'Kalendae', 'nundinae', 'feriae', 'quadrigae',
 'nuptiae', 'scalae', 'sordes', 'scopae'; pluralia neutri 'arma',
 'moenia', 'castra', 'Floralia', 'Saturnalia'. Sed haec plerumque
 contra rationem auctoritas inmotauit: ut singulari, plurali
 490 usa est et, <ut> plurali, singulari.

47. Sunt pleraque dictu singularia, intellectu pluralia, ut
 'populus', 'contio', 'sinodus': haec enim plurimorum hominum
 collectu fiunt; alia uicissim positione pluralia, intellectu
 singularia, ut 'Mechenae', 'Cumae', 'moenia'.
 495 Sunt quintae declinationis et quartae nomina utroque nu-
 mero in nominatio et uocatio tam singulari quam plurali
 communia, ut 'hic' et 'hii' et 'o dies', 'haec' et 'hae' et 'o res'
 [nubes], 'hic' et 'hii' et 'o uisus', sed de quarta declinatione
 nomina tempus discernit, nam in singulari numero corripun-
 500 tur, in plurali producantur.

48. Quaedam nomina sunt quae utriusque numeri esse ui-
 dentur, sed tamen in alio significato semper pluralia et alio
 semper singularia, ut 'lac' et 'sal': nam 'lac', si liquorem
 designet, singularis semper est numeri et neutri generis, ut
 505 'hoc lac'; si uiscera, semper plurale est et masculini generis,
 ut 'hii lactes'. Similiter 'sal' semper singulare est et neutri
 generis si saporem significet, ut 'hoc sal'; si urbanitatem,
 utriusque numeri et generis masculini, ut 'hic sal' et 'hii sa-
 les'. Ciuitatum quoque nomina per omnia genera uariantur,
 510 nunc utroque numero, nunc singulari tantum aut tantum
 plurali: utroque numero feminina, ut 'haec Cessaria, hae
 Cessariae', 'haec Cartago, hae Cartagines'; singulari tantum
 feminina, ut 'haec Roma'; plurali tantum, ut 'hae Mechenae,
 Thebae, Biteruae'; utroque numero masculina, ut 'hic Caulon,
 515 hi Caulones'; singulari tantum, ut 'hic Narbo'; plurali tan-
 tum, ut 'hii Treuiri'; utroque numero neutra, ut 'hoc Scilla-
 cium' et 'haec Scillacia'; singulari tantum, ut 'hoc Firmium',
 'hoc Soracte'; plurali tantum, ut 'haec Hierusolima'. Inter-
 dum quasi monoptoton <forma> efferuntur, ut 'Curribus',
 520 'Trallibus'. Aliquando ipsud nomen urbis enuntiatur, quasi

488/490 Cons. (KEIL, v, 348, 11 sq.).

491 Cons. (KEIL, v, 348, 13 sq.).

495/

496 Cons. (KEIL, v, 348, 15 sqq.).

501/509 Cons. (KEIL, v, 348, 18 sqq.).

500/

523 Cons. (KEIL, v, 348, 29 sqq.).

LNP 484/485 pondus fereueruntur P 488 moenia] castra P 493 alia] incip. N
 495 quintae ... quartae] et declin IIII quintae N, IIII et quintae P 498 de]
 ae L P 507/509 si ... sal] om, N 515/517 singulari ... Scillacia] om. P
 517 et ... Scillacia] om. N 520 quasi] add. ut hic narrabo ... (cf. lin. 515/517)
 ... scillacia sing trā P.

per diriuationem ciues designentur, ut 'Padinates' : 'Padina enim non dicitur, quia numquam illam ciuitatem sic uocatam inuenimus.

DE FIGVRA.

525 **49.** Figurae nominum sunt duae : aut enim una pars est orationis sola posita sine aliqua commixtione alterius, quae simplex dicitur, quia sine plexu partium est, ut 'doctus' ; composita uero quadripartita ratione diuisa : aut enim ex duobus integris, ut 'suburbanus', 'eques Romanus' — ecce 'sub' integra
530 gra praepositio, 'urbanus' integrum nomen est ; 'eques' uero et 'Romanus' integra nomina sunt — ; aut [enim] ex duobus corruptis, ut 'municeps' — cuius integritas est 'munus' et 'capiens', nomine et participio ueniens — ; aut ex integro et corrupto, ut 'insulsus' — 'in' ergo integra praepositio est,
535 'sulsus' uero ex nomine quod est 'salsus' corrumpitur — ; aut ex corrupto et integro, ut 'pennipotens' — cuius integritas 'penna' est —.

50. His itaque quattuor modis componuntur nomina, sed considerandum est ea tantum nomina esse composita quae
540 resoluta ad integritatem redeunt et quorum compositio principalitati sensus non contrapugnat. Sunt enim nomina simplicia, quae uidentur esse composita, ut 'magister', sed, resolutione eorum considerata, penitus sensui contraria sunt : nam 'magis' et 'ter' duo aduerbia sunt, quorum intellectus non conuenit
545 principalitati nominis. Necesse est compositionem nominis intellectui conuenire, alioquin simplex est, ut 'magister'.

51. Sciendum est autem composita nomina aut utraque parte declinari, ut 'hic eques Romanus, huius equitis Romani', et reliqua, aut neutra, ut 'hic proconsule', aut priore, ut 'hic
550 tribunus plebis, huius tribuni plebis', et reliqua, aut posteriore, ut 'hoc senatus consultum, huius senatus consulti', et reliqua.

Igitur in nominibus compositis haec regula semper obseruanda est quod, si ambae partes nominatiui casus fuerint,
555 utraque declinabuntur, ut 'hic eques Romanus, huius equitis Romani' : ecce 'eques' et Romanus' utrique flectuntur ; si prior, eam inclinari debes, ut 'hic tribunus plebis, huius tri-

DE FIGVRA. 525/527 Cons. (KEIL, v, 349, 22 sq.). 527/528 Cons. (KEIL, v, 349, 24 sqq.). 528/531 Serg. (KEIL, iv, 495, 4 sq.). 531/532 Serg. (KEIL, iv, 495, 8 sq.); Pomp. (KEIL, v, 169, 25). 547/552 Cons. (KEIL, v, 349, 28 sqq.); Pomp. (KEIL, v, 169, 28 sqq.).

LNP DE FIGVRA. 524 ΔΗ ΦΙΓΥΡΑ ΝΩΜΙΝΟΜ L, ΔΗ ΠΙΓΥΡΑ ΝΩΜΙΝΥΗ N, ΔΗ ΦΙΓΥΡΑ ΝΩΜΙΝΥΗ P 541 contrapugnat] » pugnat N, eius LNAP pugnat P 545 compositio codd. 555 declinabuntur] incip. A

buni plebis' et 'hic maior natu, huius maioris natu' : ecce 'tribunus' et 'maior' nominatiui casus sunt, 'plebis' et 'natu' 560 genetiui et ablatiui; si posterior, eam declinabis, ut 'hic nugigerulus, huius nugigeruli' : ecce 'gerulus' nominatiuus est; cetera uero, in quibus speciem nominatiui inuenire nequibis, posteriore parte uelut simpla declines, ut 'hoc municipium, huius municipii', et reliqua.

565 52. Sciendum est quoque : ubicumque duo nomina apud Latinos connexa inueniantur, quasi unum sit et non conexum, ut 'praetor urbanus', sub uno [enim] accentu in pene ultimo siue in ante pene ultimo proferenda sunt.

Item sunt quaedam nomina composita quorum compositio 570 aliter singulari aliter plurali numero declinatur, ut 'hic pater familias, hii patres familiae', sed uterque numerus per omnes casus suam obseruat formam.

Item semel composita nomina, i.e. motato intellectu, per compositionem prohibuit Donatus iterum componi, ut est 575 'infelix'; sed quid est quod dixit ex pluribus posse componi, ut 'inperterritus'? scilicet 'territus' et 'perterritus' idem significant, ideo non prohibuit ex pluribus componi quousque sensus motaretur, ut 'inperterritus'.

DE CASIBVS.

580 53. Casus nominum sunt sex, nominatiuus, genetiuius, datus, accusatiuus, uocatiuus, ablatiuius.

Casus est, secundum Grecam difinitionem quaedam nominis positio, uel, secundum alios, conmutatio ultimae syllabae in nomine. Nam in nominibus sexies ex parte uarietates posi- 585 tionis uel commotationis casus appellantur.

Quaeritur a plerisque num nominatiuus, qui absolutum quiddam significat et naturali ratione primus habetur, casus debeat appellari, siquidem cum nulla alia sit prima nominis positio a qua inclinatus atque inmotatus procedat; ceteros 590 uero rectae casus appellari dicimus, quia prima nominis

565/568 Pomp. (KEIL, v, 169, 31). 569/572 Cons. (KEIL, v, 350, 7 sqq.).
573/578 Pomp. (KEIL, v, 170, 3 sqq.).

DE CASIBVS. 583/585 Cons. (KEIL, v, 350, 15 sqq.). 586/589 Cons.
(KEIL, v, 350, 23 sqq.). 589/592 Cons. (KEIL, v, 350, 26 sqq.).

LNAP 559 nominatiui] -tibi A, -tubi a, -tuibi P 561 ecce gerulus] et cegerus N,
ecce genus P nominatiuus] nomen L, nominon A P 563/564 municipium
... municipii] minicipii N A P 578 inperterritus] add. Nominator ... (cf. lin.
610/614) ... nominat N A P.

DE CASIBVS. 579 ΔH KACCIC NOMINYH L, ΔH KACCIBVC NOMI-
NVM N A P 582 difinitionem A

positione, facta inclinatione, motentur, sed tamen rectissima ratione etiam et ipsum casum dici placuit. Nam, parietibus tantum fundatis et erectis, aedificantes interrogati, cum adhuc non sit plenum nomen, templum, domum appellant : sic
 595 et nominatiuus, qui est nominis prima positio et fundamentum, casus appellatur, et quia possit cadere et in aliam inclinationem uim positionis motari ; uel certe per catacrisin — i.e. usurpatio nominis alieni — casus appellatur ; uel certe, sex uarietatibus casuum formatis, unaquaeque in suo statu
 600 plenam significationem habens, respectu uero alterius, inclinata uidetur : habet enim et nominatiuus inclinationem syllabae si alios casus consideres. Qui sane consensu omnium rectus, ceteri oblici appellantur, excepto uocatiuo, quem et ipsum plerique rectum, alii recti similem nuncupauerunt.
 605 runt.

54. Ordo igitur casuum quadam naturali uia uidetur inuentus.

Nam NOMINATIVVS casus dicitur quia per eum nominando quicquid ostendere uoluerimus designamus, ut certius de
 610 ea re post loquemur [ut quiddam] : nominator et nominatus nominatiuusque inter se distant ; nam nominator personam nominantis significat ; nominatus uero eius qui nominatur ostendit ; nominatiuus est ille sonus per quem nominator quicquid monstrare uoluerit nominat.

615 GENETIVVS dictus est ab eo quia per ipsum exprimamus genera ut, puta, 'cuius est filius ? oratoris' ; sic et alias res, quasi a nobis genitas, nostras esse deputamus.

DATIVVS a dando dictus ut, puta, 'da mihi librum' uel 'illi grammatico'.

620 ACCVSATIVVS quod per ipsum accusamus aliquem aut aliquis nos accusat.

VOCATIVVS quia per eum uocamus quemlibet aut a quolibet uocamur.

ABLATIVVS dictus est quia per ipsum aut quiddam ab
 625 aliquo auferamus aut a nobis auferatur.

55. Omnes autem casus tres personas utriusque numeri trahunt, ut est 'filius meus', 'filius tuus, illius, noster, uester, illorum'.

606/609 Cons. (KEIL, v, 350, 29 sqq.).

618/619 Pomp. (KEIL, v, 183, 5 sqq.).

622/623 Pomp. (KEIL, v, 183, 8 sq.).

615/617 Pomp. (KEIL, v, 182, 24 sqq.).

620/621 Pomp. (KEIL, v, 183, 7 sq.).

624/625 Pomp. (KEIL, v, 183, 9 sq.).

LNAP 504 pleno nom L, plenom nom A P 507 uim] uis Ω 509 formatis] fortis
 N A P unaquaeque L N, unaquaeque A P 506 quidam L 610 loque-
 mur] add. de qua superius. Genetivus N A P 610/614 nominator ... nominat]
 hic om. N A P (cf. lin. 578)

Ablatium ergo casum Varro interdum sextum interdum
 630 Latinum appellat, quia Greci eum non habent : in tantum
 recte hunc casum Latinitas adindidit, ut etiam septimum
 usus sermonis exposcat, qui et formam habet ablatiui, prae-
 positione excepta. Interest enim plurimum cum dicimus 'ab
 oratore uenio' et 'oratore magistro utor', ut 'dignus munere',
 635 'mactus uirtute' ; itaque in usu necessarius est, licet in decli-
 natione non sit.

56. Itaque sex formae casales sunt, quia quaedam nomina
 non omnibus casibus declinantur, ut <forma> monoptoton,
 diptoton, triptoton, tetraptoton, pentaptoton, exaptoton.

640 MONOPTOTON forma est — i.e. unicasalis, quae et aptoton
 <forma> est — quotiens omnes casus sub una litteratura
 declinamus, ut 'nequam' et 'nugas'. Haec sunt trium generum
 communia.

DIPTOTON forma est quoties omnes sex casus duarum uo-
 645 cu[u]m tantum motationem habent, quamuis quidam dicant
 diptoton non inueniri, ut 'hoc cornu, huius cornu, huic cornu,
 hoc cornu, o cornu, ab hoc cornu' ; ecce una litteratura sed
 tamen temporibus separata : tres enim casus productos habet,
 i.e. genetium, datium, ablatium, et alios tres correptos.

650 TRIPTOTON forma est tricasalis, quoties sex casus triformi
 litteratione nouissimam syllabam terminant, ut 'hoc tem-
 plum, templi, templo, templum, templum, templo' : ecce
 nominatiuus, accusatiuus, uocatiuus 'm' finiuntur, genetius
 'i', datiuus et ablatiuus 'o' ; omnia ferme neutri generis no-
 655 mina 'm' et 'e' finita huius formae sunt.

TETRAPTOTON <forma> est quadricasalis, quoties nomina
 quaternis formulis tantum finiuntur, ut 'hoc carmen, carmi-
 nis, carmini, carmen, carmen, carmine' : ecce nominatiuus
 et accusatiuus et uocatiuus 'n' terminantur, genetius 'is',
 660 datiuus 'i', ablatiuus 'e'.

PENTAPTOTON <forma> est quincasalis, quoties nomen per
 sex casus quinquies uariatur, ut 'haec caro, carnis, carni, car-
 nem, caro, carne' : ecce nominatiuus tantum et uocatiuus
 similes sunt, ceteri uariantur.

630/630 Cons. (KEIL, v, 351, 24 sqq.). 633/636 Cons. (KEIL, v, 351, 12 sqq.).
 640/642 Cons. (KEIL, v, 351, 20 sqq.). 640 MAI, n° 1423. 644/649 Cons.
 (KEIL, v, 351, 24 sqq.). 650/655 Cons. (KEIL, v, 351, 26 sqq.). 650 MAI,
 n° 1423. 656/660 Cons. (KEIL, v, 351, 28 sq.). 656 MAI, n° 1423. 661/
 664 Cons. (KEIL, v, 351, 29 sqq.). 661 MAI, n° 1423.

LNAP 633 Interest] interdum est L 640 qui Q 655 forma est A P 660 i] add.
 LN(A)P uocatiuus e Q, quod exp. l 662 quinquies] desin. A

665 EXAPTOTON <forma> est sexcasalis, quae per omnes sex casus uarietate syllabarum diuiditur, ut 'unus, unius, uni, unum, une, uno' : ecce sex syllabis terminatur in 'us', in 'ius', in 'i', in 'um', in 'e', in 'o'.

Sed in his formis hoc regulariter tenere debemus quod neutralia nomina neque exaptota uel pentaptota esse possunt ; uere enim triptota esse possunt. Est tantum nominum quasi monoptoton genus quod nec per omnes casus eat et per quos uadit unam tantum inclinationem seruat, i.e. nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo, <ut> 'hoc uirus', quod ceteros casus
675 non habet ; simile est 'fas' et 'nefas'.

57. Item regulariter tenere debemus quod plura cuiusuis generis nomina neque unius casus neque omnium casuum esse possunt, unde ea nomina quae nullam inflexionem neque per numeros neque per genera sentiunt aptota nuncupantur, ut
680 est 'frugi', 'nihili', 'nequam', 'nugas', de qua forma sunt nomina omnium litterarum et nomina numerorum a 'quatuor' usque ad 'centum'. Sed nomina litterarum neutralia sunt, numerorum communia trium generum : nam ab 'uno' usque ad 'tres' per omnes casus declinantur ; item a 'ducentis'
685 praeter 'mille' — quod aptoton est in singulari numero — ; in plurali uero ut cetera declinantur, ut 'hii ducenti, horum ducentorum, his ducentis, hos ducentos, o ducenti, ab his ducentis' ; sic et 'haec milia, horum milium, milibus, milia, milia, milibus'.

690 58. Neque hae solae uarietates in nominibus inueniuntur ; nam sunt quaedam nomina quorum nominatiuus in usu non est, licet poetarum auctoritate inueniatur, ut si quis dicat 'hunc laterem' et 'hanc dicionem' : 'later' enim et 'dicio' in usu non est, quamuis inueniatur auctoritate, sed tamen 'con-
695 dicio', compositae figurae nominatiuum, in usu habemus. Item, si quis dicat 'hic talis', huius genetiuus in usu non est. Deinceps curiosi lectores multa nomina per omnes casus deficere possunt inuenire. Tamen non per singulos sed per plures casus deficiunt interdumque unius casus tantum significationem seruant, ut 'tabo' et 'sponte' : ecce septimum casum
700 tantum habent ; interdum duorum, ut 'hic Iopiter, o Iopiter' — haec plerumque alio nomine explentur, ut 'huius Iouis',

665/668 Cons. (KEIL, v, 351, 31 sq.). 665 MAI, n° 1423. 669/671 Cons. (KEIL, v, 351, 33 sqq.). 672/675 Cons. (KEIL, v, 352, 5 sqq.). 682/686 Cons. (KEIL, v, 352, 9 sqq.). 690/694 Cons. (KEIL, v, 352, 11 sqq.).

LNP 667 terminantur *codd.* '669/670 neutra NP 691 usu non] us unum N 692/694 licet ... est] *in marg. sup. suppl. l* 699 deficiant *codd.* 702 explantur *codd.*

reliqua — ; interdum trium, ut 'hoc nefas' — similiter accusatiuus et uocatiuus ; interdum quattuor, genetiuus ut 705 'Iouis', datiuus 'Ioui', accusatiuus 'Iouem', ablatiuus 'Ioue'. Quincasale nomen non inuenimus quod, ubicumque nominatiuus deficerit, necesse est et uocatiuum deficere.

Euenit etiam quiddam nouum quod plerumque alterius casus formam nominatiuus occupet incipiatque deesse ille 710 casus cuius formam nominatiuus obtenuit ut 'alius' ; utique 'hic alius' casus nominatiuus : 'huius alius' dicere non possumus et ideo caret genetiuo hoc nomen.

59. Praeterea illud diligenter considerandum et obseruandum est quod sunt nomina quae certos casus secum coniuncto- 715 rum nominum trahunt. Trahunt enim uel genetiuum uel datiuum uel accusatiuum, sed figurate, uel ablatiuum uel etiam septimum casum. Genetiuum sic trahunt, ut 'hic auidus auri, absens cibi, ignarus belli, securus armorum' ; datiuum sic, 'infestus hosti, gratus amicis' ; accusatiuum sic, sed 720 figurate dicitur, quia plenum intellectum non ostendunt nisi figuratione — ac si dixeris 'doctus per sermonem' aut 'doctus est hunc sermonem dicere' —, ut 'doctus sermonem, sciens [autem] palestram, exosus bella, praescius futura' ; ablatiuum sic, 'secundus a Romulo, alter ab Silla' ; septimum casum sic, 725 'dignus munere, mactus uirtute'.

60. Sunt quaedam nomina quae, cum similem nominatiuum habeant, desimiles declinationes per oblicos exhibent casus, ut 'haec frons frontis' et 'frons frondis', et deinceps. Item contra ex dissimili nominatiuo similes exeunt oblici casus, 730 ut 'haec fors' et 'hic fortis', 'huius fortis, [et] huic forti', ac deinceps.

61. Omnium nominum Latinae eloquentia nominatiuus tredecim litteris terminatur, i.e. quinque uocalibus 'a, e, i, o, u', sex semiuocalibus 'l, m, n, r, s, x', mutis duabus 't' et 'c', 735 ut 'tabula', 'sedile', 'frugi', 'ratio', 'genu', 'mel', 'lignum', 'flumen', 'arbor', 'flos', 'nux', 'caput', 'lac'. Horum igitur

706/712 Cons. (KEIL, v, 352, 28 sqq.). 713/715 Cons. (KEIL, v, 353, 3 sqq.).
 717/718 Cons. (KEIL, v, 353, 6 sq.) ; An., 167. 718/719 Cons. (KEIL, v, 353, 7 sq.).
 719/723 Cons. (KEIL, v, 353, 8 sq.). 723/724 Cons. (KEIL, v, 353, 9 sq.).
 724/725 Cons. (KEIL, v, 353, 10 sq.). 726/731 Cons. (KEIL, v, 353, 12 sqq.).
 732/734 Don. (KEIL, iv, 379, 17 sqq.). 736/741 Pr. (KEIL, iii, 443, 3 sq.).

LNP 703 trium] tres L, III N P 706 Quincasale] quinquenni cas codd. quod] pro N, om. P 711 alius?] om. P 715 Trahunt?] om. N 724 silua N, sylla P 726 cum] con L N 729 contra / N, eius L P 732/734 Omnium ... quinque uocalibus a e i o u, sex semiuocalibus] a e i o u semiuocalibus omnium ... quinque uocalibus ~ N P

omnis tam diuersorum nominatiuorum uarietas per quinque tantum species genetiuiorum collecta depraehenditur quibus omnia Latina nomina recte loquendi quinque declinationibus
740 flectuntur, quarum ordo ab ordine uocalium formantium genetiuios repertus est.

62. Prima enim in unam, duabus primis uocalibus conexas, syllabam formatur — quae Grece diptongos dicitur, i.e. duarum uocalium coniunctio —, ut est 'hic poeta, huius
745 poetae'.

Secunda est cuius genetiuius per 'i', tertiam uocalem in ordine, longam profertur, ut 'hic doctus, huius docti'.

Tertia quae in 'is' breuem, non contrario ordine uocalium sed iterata 'i' littera, finitur genetiui, ut 'hic pater, huius
750 patris'.

Quarta, omissa 'o' littera quia nullus genetiuius per eam inuenitur formatus, in 'us', quintam uocalem productam, terminatur, ut 'hic senatus, huius senatus'.

Quinta in 'e' et 'i' diuisas tandem post praedictas quattuor
755 inuenta et a secunda separata ordinatur, et ob hoc ordinem uocalium non sequitur, quia prius secundae 'i' finitae, sicut et ista, adnumerata est, ut 'hic merities, huius merities'; sed plus sapientibus tandem diuidi placuit et ob hoc quinto ponitur ordine.

63. Habet ergo PRIMA DECLINATIO in nominatiuo litteras quidem terminales duas, 'a' et 's', terminationes uero tres, 'a' correptam, 'as' et 'es' productas, et tria genera tantum, masculinum, femininum et unum commune, ut 'hic poeta, huius poetae', 'hic Eneas, huius Eneae', 'hic Ancisses, huius
765 Ancissae', 'hic et haec aduena, huius aduenae'. Omnia igitur nomina masculina uel feminina uel communia 'a' finita, seu Greca sint seu Latina, primae sunt declinationis, ut 'hic citharista, huius citharistae', 'hic scriba, huius scribae', 'haec regina, huius reginae', 'hic et haec aduena, huius aduenae'.
770 Excipiuntur 'una', 'ulla', 'nulla', 'sola', 'tota', 'alia', 'utra', 'altera', 'neutra': haec sunt quartae declinationis.

64. 'Scriba' nomen est primae declinationis, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominatiui et uocatiui, quod declinabitur sic: nominatiuo ut 'hic scriba',
775 genetiui 'huius scribae', datiuo 'huic scribae', accusatiui

742/759 Pr. (KEIL, III, 443, 5 sqq.).

742/744 Isid., Orig., I, XVI, 2.

760/762

Pr. (KEIL, III, 443, 10 sqq.).

765/769 Pr. (KEIL, III, 443, 12 sqq.).

770/771

Pr. (KEIL, III, 443, 16 sq.).

LNP 743 diptongon *codd.* 762 correpta ... producta *codd.* 766/767 seu ... sint] *om.*

N P 770 utra] utraque N.

'hunc scribam', uocatiuo 'o scriba', ablatiuo 'ab hoc scriba', et pluraliter : 'hii scribae, horum scribarum, his scribis, hos scribas, o scribae, ab his scribis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'poeta', 'nauta', 'prureta', 'agonista', 'anthleta', 'citharista', 'sophista', 'soloecista', 'barbarista', 'colobysta', 'auriga', 'alienigena', 'indegina', 'accola', 'incola', 'agricola', 'caelicola', 'deicola', et reliqua.

65. 'Regina' nomen est primae declinationis, generis femini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominatiui et uocatiui, quod declinabitur sic : nominatiuo, ut 'haec regina, huius reginae, huic reginae, hanc reginam, o regina, ab hac regina' ; pluraliter : 'hae reginae, harum reginarum, his reginis, has reginas, o reginae, ab his reginis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'bucina', 'catena', 'crastina', 'cartina', 'domina', 'emina', 'patena', 'rapina', 'ruina', 'sopina', 'sentina', 'trutina', 'pectina', 'uagina', 'femina', 'glutina', 'gallina', 'molina', 'malina', reliqua.

66. Feminina item : 'haec iustitia, huius iustitiae, iustitiae, iustitiam, iustitia, iustitia' ; pluraliter : 'iustitiae, iustitiarum, iustitiis, iustitias, iustitiae, iustitiis'. Sic 'auaritia', 'adrogantia', 'angustia', 'astutia', 'absentia', 'beneuolentia', 'constantia', 'duritia', 'experientia', 'essentia', 'frequentia', 'gratia', 'hostia', 'ignorantia', 'instantia', [iustitia], 'laetitia', 'mestitia', 'notitia', 'omnipotentia', 'patientia', 'pueritia', 'sapientia', 'solertia', 'seuitia', 'tristitia', 'uersutia' : haec in 'tia' desinunt et his similia.

67. 'Area' nomen est primae declinationis, generis feminini, ut 'haec area, huius areae, huic areae, hanc aream, o area, ab hac area' ; pluraliter : 'hae areae, arearum, areis, areas, areae, areis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'ardea', 'gallea', 'brattea', 'framea', 'platea', 'palea', 'rumphea'.

Item feminina in 'ia' desinentia, ut 'haec accidia', 'copia', 'ecclesia', 'Frigia', 'Gallia', 'Grecia', 'inuidia', 'inopia', 'linia', 'Libia', 'patria', 'peruidia', 'tibia', 'uenia'. Sic et 'astrologia', 'celedonia', 'eufonia', 'fiducia', 'gloria', 'historia', 'insania', 'luxoria', 'memoria', 'orologia'.

68. Item feminina : 'haec barba', 'herba', 'turba', 'cuba', 'uacca', 'conca', 'corda', 'unda', 'funda', 'scrofa', 'uirga', 'plaga', 'alga', 'Martha', 'ala', 'bulla', 'stola', 'molla', 'pala', [ala], 'sala', 'uiola', 'flamma', 'gramma', 'plasma', 'forma', 'norma', 'penna', 'pinna', 'manna', 'lana', 'luna', 'poena', 'caena', 'culpa', 'mappa', 'stupa', 'aqua', 'ara', 'abra', 'arsa',

LNP 778 regulam cuius ~ N P 779 agonista] agonita g *codd.* anathleta L N, anathieta P 780 solocista *codd.* colobysta] colophista L N, copolista P 789 crastina] castrina N cartina] curtina N P 800 seuitia] seruitia P 812 herba] barba N 813 scorfa P 814 alga L, aluarga N, alga^{uar} P 817 abra^{dign} L, om. N, dign abra P

'bruma', 'cura', 'cera', 'capra', 'flabra', 'faretra', 'hora', 'ira',
 'lyra', 'libra', 'littera', 'mitra', 'mora', 'myrra', 'petra', 'pira',
 820 'sera', 'terra', 'ansa', 'casa', 'fossa', 'glosa', 'massa', 'mensa',
 'missa', 'musa', 'prosa', 'pensa', 'rosa', 'asta', 'beta', 'carta',
 'costa', 'cripta', 'gutta', 'napta', 'nota', 'pelta', 'rata', 'rota',
 'secta', 'testa', 'uitta', 'uita', 'uua', reliqua.

69. Item feminina epitheta, — quae et neutra possunt
 825 esse, sed tum pluralia nomina erunt — ut 'haec alba', 'balba',
 'caeca', 'blanda', 'secunda', 'rotunda', 'munda', 'larga', 'lon-
 ga', 'mala', 'firma', 'alma', 'prima', 'bona', 'plena', 'plana',
 'magna', 'amoena', 'digna', 'amara', 'acra', 'egra', 'gnara',
 'ignara', 'rubra', 'dira', 'dura', 'libera', 'mira', 'nigra', 'rara',
 830 'cara', 'clara', 'pura', 'pulchra', 'pigra', 'sacra', 'tetra', 'alta',
 'apta', 'beata', 'casta', 'celsa', 'certa', 'cauta', 'caua', 'docta',
 'grata', 'lata', 'laeta', 'muta', 'mesta', 'nota', 'recta', 'strata',
 'sumpta', 'stulta', 'sancta', 'tanta', 'occulta', 'ornata', 'densa',
 'falsa', 'salua', 'salsa', 'uiua'.

70. Item feminina adiectiua compositae figurae — et in
 plurali numero possunt esse neutra —, ut 'haec astrifera',
 'bellifera', 'cerifera', 'dapifera', 'frugifera', 'grandifera', 'igni-
 fera', 'lignifera', 'mortifera', 'nardifera', 'odorifera', 'pestife-
 ra', 'rapifera', 'soporifera', 'testifera', 'undifera'.

840 Haec in 'gena' et 'gera', ut 'haec astrigena, astrigera',
 'blandigena, blandigera', 'castigena, castigera', 'doligena,
 doligera', 'florigena, florigera', 'glutigena, glutigera', 'horti-
 gena, hortigera', 'ignigena, ignigera', 'lucigena, lucigera',
 'morbigena, morbigera', 'nigrigena, nigrigera', 'ortigena, orti-
 845 gera', 'pastigena, pastigera', 'ratigena, ratigera', 'satigena,
 satigera', 'torrigena, torrigera', 'umbrigena, umbrigera'.

Haec in 'fica', ut 'haec aurifica', 'beatifica', 'castifica', 'dapi-
 fica', 'fatifica', 'glorifica', 'honorifica', 'ignifica', 'lanifica',
 'munifica', 'indifica', 'opifica', 'pacifica', 'rurifica', 'sacrifica',
 850 'tremefica', 'uersifica'.

71. Item feminina diriuatiua — quae et in plurali numero
 neutra esse possunt et sunt mediae significationis —, ut 'haec
 aurea', 'blandeae', 'caerea', 'aerea', 'flammea', 'gemmea',
 'igneae', 'ligneae', 'niueae', 'plumbeae', 'terraneae', reliqua.

855 72. Item feminina adiectiua in 'osa', 'o' producta, desinen-
 tia — quae et neutra possunt esse — ut 'haec arenosa', 'bel-
 licosa', 'contentiosa', 'diliciosa', 'flagitiosa', 'gloriosa', 'in-

LNP 819 lyra] lybra N bel pira L, pibelra P 820 fosso N, funsa P 823 testa
 L, seltesta P 825 balba^{ultra} L, balba ulirps P 829/831 rara ... casta] om. P
 830/832 tetra ... lata] in marg. dex. suppl. l 837 bellifera] om. L 840 astrigera]
 astrigena L, astrigenra N, astrigenar P 841 blandigera] blandigena L, blandi-
 genra N, blandigenar P castigera] castig L P, cartig / N 848 ignifica]
 ymnif P 850 uersifica] om. N

uidiosa', 'laboriosa', 'montuosa', 'nemorosa', 'otiosa', 'prae-
tiosa', 'quest[r]uosa', 'ridiculosa', 'speciosa', 'tortuosa', 'ui-
860 tiosa', et reliqua.

73. Item feminina superlatiui gradus in 'sima' et in 'rima'
dissinentia, ut 'haec altissima', 'beatissima', 'clarissima', 'diti-
sima', 'electissima', 'fortissima', 'gratissima', [electissima],
'honestissima', 'iucundissima', 'largissima', 'mitissima', 'notis-
865 sima', 'opulentissima', 'planissima', 'rectissima', 'sanctissima',
'tutissima', 'uerissima'. Sic 'acerrima', 'asperrima', 'celerrima',
'dexterrima', 'egerrima', 'nigerrima', 'pulcherrima', 'sinister-
rima', 'tenerrima', 'teterrima', 'uberrima'. Haec, ut superio-
ra, in plurali numero neutra esse possunt.

74. Item feminina in 'tura', pene ultima producta, termi-
nantis, ut 'haec armatura', 'creatura', 'celatura', 'donatura',
'factura', 'figura', 'litteratura', 'matura', 'natura', 'ornatura',
'pictura', 'scriptura', 'tinctura', 'uentura'.

Similiter in 'unda' finientia feminina, ut 'haec moribunda',
875 'ludibunda', 'furibunda', 'gratibunda', 'tremibunda', 'secun-
da', 'rotunda', 'iucunda', 'fecunda', 'facunda', 'uerecunda',
reliqua. Haec et diriuatiua et mediae significationis atque in
plurali numero sub hac litteratura neutra sunt, sicut et cetera
supra scripta; quando uero feminina pluralis numeri sunt,
880 alteram formam proferunt, ut 'hae moribundae mulieres', non
'hae moribunda', quod est pluralis numerus neutri generis, ut
'haec moribunda animalia', et cetera.

Similiter declinanda sunt actiua, copulatiua, diriuatiua,
expletiva, frequentatiua, oratiua, incogatiua, liberatiua,
885 meditatiua, optatiua, positiua, superlatiua, translatiua, reli-
qua.

Sic et 'arula', 'bibula', 'crapula', 'damula', 'ebola', 'fabula',
'garrula', 'ligula', 'macula', 'nibula', 'penula', 'regula', 'stra-
gula', 'tabula', 'uocula'.

890 Sic 'auditoria', 'fornicaria', 'oratoria', 'praecaria', 'merito-
ria', 'transitoria', et si qua similia.

75. In 'as' uero uel in 'es' dissinentia, masculina tantum et
Graeca, <sunt> propria, quae primae declinationis esse apud
Latinos inuenimus, ut 'hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae,
895 hunc Aeneam, o Aeneas, ab hoc Aenea'. Sic et 'Lisias', 'Asca-
nias', 'Antas', et reliqua. Haec pluralem numerum non habent,
quia propria sunt. Similiter in 'es', ut 'hic Priamides, huius
Priamidae, huic Priamidae, hunc Priamidem, o Priamides,
ab hoc Priamide'. Sic 'Ancisses', et similia.

892/895 Pr. (KEIL, III, 443, 23 sqq.).

896/899 Pr. (KEIL, III, 443, 26 sq.).

LNP 859 speciosa] om. N 866 Sic] om. P 887 ebola] om. N 890/891 men-
toria N 896 Haec] om. P

900 **76.** SECUNDA DECLINATIO in nominatiuo terminales habet litteras tres, 'r, s, m', terminationes uero sex, 'er, ir, ur, us, eus, um', ut 'hic sacer, sacri', 'hic uir, uiri', 'hic satur, saturi', 'hic magnus, magni', 'hic Tytheus, Tythei', 'hoc templum, templi', et trium generum est, masculini, feminini, neutri.

905 **77.** In 'er' desinentia, si a Grecis sint 'ros' in 'er' conuertentibus apud nos, et quae faciunt ex se feminina in 'a' desinentia, et quae 's' et 't' ante 'r' habent, nisi sint possessiua, omnia secundae sunt declinationis et masculini tantum generis, ut 'hic Menander', 'huius Menandros' apud Grecos, 'huius Menandri, huic Menandro, hunc Menandrum, o Menander, ab hoc Menandro'. Sic 'Alexander', et cetera. Reliqua omnia tertiae sunt declinationis, exceptis septem, i.e. 'puer, pueri', 'gener, generi', 'socer, soceri', 'faber, fabri', 'cancer, cancri', 'liber, libri', 'culter, cultri'. Item Latina in 'er' desinentia, ut
915 'hic tener, huius teneri, huic tenero, hunc tenerum, o tener, ab hoc tenero'; pluraliter, 'hii teneri, horum tenerorum, his teneris, hos teneros, o teneri, ab his teneris'. Cuius regulam haec sequuntur : 'ater', 'acer', 'alacer', 'belliger', 'creber', 'corniger', 'dapifer', 'eger', 'frugifer', 'gratifer', 'ignifer',
920 'lignifer', 'miser', 'niger', 'odorifer', 'opifer', 'pestifer', 'sacer', 'teter', 'uber', 'umbrifer', et si qua similia. Haec omnia feminina in 'a' desinentia ex se faciunt, ut 'haec atra', 'acra', 'nigra', reliqua.

78. Item in 'er', 's' et 't' antecedentibus, nomina desinentia
925 secundae declinationis sunt, ut 'hic minister, huius ministri, huic ministro, hunc ministrum, o minister, ab hoc ministro'; pluraliter : 'hii ministri, horum ministrorum, his ministris, hos ministros, o ministri, ab his ministris'. Sic et 'auster', 'apiaster', 'dexter', 'magister', 'oleaster', 'sinister'. Excipitur
930 unum, quod est tertiae declinationis, 'sequester', cuius femininum est 'sequestra'.

79. In 'ir' tantum duo masculina inueniuntur secundae declinationis, ut 'hic uir, huius uiri, uiro, uirum, uir, uiro'; pluraliter : 'uiri, uirorum, uiris, uiros, uiri, uiris', et ex eo
935 composita; sic 'treuir, treuiri'.

80. In 'ur' unum masculinum secundae declinationis est, cuius femininum in 'a' desinit, ut 'hic satur, saturi, saturo,

900/904 Pr. (KEIL, III, 444, 5 sqq.). 905 Pr. (KEIL, III, 444, 7 sqq.). 911/912
Pr. (KEIL, III, 444, 15 sqq.). 914/921 Pr. (KEIL, III, 444, 17). 924/931
Pr. (KEIL, III, 444, 19). 932/935 Pr. (KEIL, III, 444, 19 sqq.). 936/939
Pr. (KEIL, III, 444, 23 sqq.).

LNP 904 neutrum *codd.* 913 fabri] *om.* NP 921 teter / N, tener L P 925
sunt] *om.* P 926 minister] *ministre* P 933 uirum] *om.* P uir²] uiri P
935 treuir] *iterat.* P 936/940 est ... declinationis] *in marg. inf. suppl. l*

saturum, satur, saturo'; pluraliter : 'satiri, saturorum, saturis, saturos, satiri, saturis'.

- 940 81. In 'us' correptam masculina secundae declinationis sunt, ut 'hic bonus, boni, bono, bonum, bone, bono'; pluraliter : 'hii boni, bonorum, bonis, bonos, boni, bonis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'altus', 'aptus', 'beatus', 'binus', 'castus', 'clarus', 'dignus', 'dirus', 'electus', 'elatus', 'firmus', 'gnarus',
945 'gloriosus', 'honestus', 'homulus', 'intentus', 'intactus', 'laetus', 'latus', 'morbus', 'mestus', 'notus', 'natus', 'octauus', 'optatus', 'purus', 'plenus', 'rarus', 'rectus', 'summus', 'sanctus', 'truncus', 'tinctus', 'unctus', 'ultus', et his similia.

82. In 'us' correptam desinentia feminina, si sint propria
950 uel Graeca uel arborum nomina, secundae sunt declinationis, ut 'haec Tirus, Tiri', 'Pylos, Pyli', 'cypressus, cypressi', — excipiuntur quinque arborum nomina, quae tam quartae quam secundae inueniuntur, ut 'haec quercus, huius querci et huius quercus', 'laurus', 'pinus', 'cornus', 'ficus', et unum
955 tertiae, 'Venus, Veneris' —, 'haec alnus, huius alni, huic alno, hanc alnum, o alne, ab hac alno'; pluraliter : 'hae alni, alnorum, alnis, alnos, alni, alnis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'arbutus', 'acrifolus', 'buxus', [cypressus], 'dumus', 'fraxinus', 'ficus', 'fagus', 'iuniperus', 'malus', 'nardus', 'pirus', 'prunus',
960 'platanus', 'ramnus', 'taxus', 'ulmus', et his similia.

83. In 'eus' desinentia Greca sunt et secundae declinationis masculina, ut 'hic Tytheus, Tythei', 'Orpheus, Orphei', 'Oileus, Oilei', et reliqua.

84. In 'um' desinentia omnia neutra sunt et secundae
965 declinationis, ut 'hoc templum, huius templi, huic templo, hoc templum, o templum, ab hoc templo'; pluraliter : 'haec templa, templorum, templis, templa, templa, templis'. Cuius regulam haec sequuntur : 'hoc aruum', 'anthrum', 'aratrum', 'bellum', 'barathrum', 'bonum', 'collum', 'cerebrum', 'centrum', 'donum', 'damnum', 'exemplum', 'factum', 'furtum',
970 'granum', 'lignum', 'lustrum', 'monstrum', 'meritum', 'ouum', 'potum', 'plaustrum', 'praeceptum', 'regnum', 'rostrum', 'scutum', 'sceptrum', 'tectum', 'tonitruum', 'uerbum', 'uolutabrum', et reliqua.

940/942 Pr. (КЕИЛ, III, 444, 26 sqq.). 943/948 Pr. (КЕИЛ, III, 445, 15 sqq.).
961/963 Pr. (КЕИЛ, III, 446, 3). 964/967 Pr. (КЕИЛ, III, 447, 3 sqq.).

LNP 943 altus ... binus] *om. N* 948 unctus] uinctus *N* 950/952 secundae ...
nomina] *in marg. dex. suppl.* 950 sunt] *om. N* 951 cypressus] *om. N P*

LNAP 953 huius] *incip. A* 954 et' ... quercus] *om. N* 955 alnus *L*, alnus scip *A P*
956 arbutus *Ω* agrifolus *N*, accrifolus *A P* 956 ficus] *om. L* fagus *L*,
fagus boc *A P* iunperuos *A P* 960 ulmnus *A*, ulnus *P* 963 Oileus]
om. N Oilei] oleus olei *Ω*

- 975 85. In 'ium', 'hoc augorium', 'auxilium', 'bradium', 'brachium', 'corium', 'concilium', 'hoc dominium', 'daemonium', 'exilium', 'exordium', 'flagitium', 'gaudium', 'gladium', 'hospitium', 'initium', 'indicium', 'lolium', 'lilium', 'ministerium', 'manubrium', 'naufragium', 'odium', 'ostium', 'praedium',
980 'praesidium', 'remedium', 'studium', 'stadium', 'territorium', 'testimonium', et reliqua.

Sic 'amminiculum', 'corpusculum', 'cenaculum', 'diluculum', 'ergastulum', 'funusculum', 'gubernaculum', 'holusculum', [insignium], 'indiculum', 'latibulum', 'munusculum',
985 'miraculum', 'nemusculum', 'osculum', 'opusculum', 'poculum', 'pectusculum', 'saeculum', 'tabernaculum', 'signaculum', [uexillum], 'uestibulum', et siqua similia.

86. Omnia autem neutralia nomina declinabilia, cuiuscumque formae sint, accusatiuum casum et uocatiuum singulararem nominatiuo singulari similem habent, pluralem plurali, ut 'hoc' et 'hoc' et 'o dogma', 'haec' et 'haec' et 'o dogmata', 'hoc' et 'hoc' et 'o altare', 'haec' et 'haec' et 'o altaria'; sic et 'cornu, cornua', et 'uas, uasa', 'aes, aera', 'os, ossa', 'corpus, corpora', 'templum, templa', 'uectigal, uectigalia', 'carmen, carmina', 'laquear, laquearia', 'sulphur, sulphura', 'fallax, fallacia', 'felix, felicia', 'uelox, uelocia', 'duplex, duplicia', 'amans, amantia', 'potens, potentia', 'insons, insontia', 'caput, capita'.

87. TERTIA DECLINATIO habet nominatiuum decem litteris
1000 terminatum, 'a, e, o, c, l, n, r, s, t, x', terminationes uero quadraginta quinque, in 'a' ut 'poema'; 'e' ut 'sedile'; 'uirgo'; 'lac', 'altec'; 'sal', 'fel', 'uigil', 'sol', 'consul'; 'Titan', 'nomen', 'delfin', 'agon'; 'laquear', 'pater', 'soror', 'guttur'; 'potestas', 'paries', 'dis', 'sacerdos', 'uirtus'; 'caput'; 'fallax',
1005 'triplex', 'felix', 'nox', 'nux'; 'glans', 'dens', 'mons', 'Aruns'; 'pars', 'expers', 'sors'; 'anceps', 'inops', 'celeps'; 'nubs', 'urbs'; et omnia genera continet, ut 'hic Cato', 'hoc dogma', 'haec uirgo', 'hic' et 'haec' et 'hoc potens'.

988/991 Cons. (KEIL, v, 361, 13 sq.). 999/1006 Pr. (KEIL, III, 446, 6 sqq.; II, 311 sqq.; II, 199 sqq.).

LNAP 975/977 In ium ... concilium, hoc dominium ... exordium] hoc dominium ... exordium in ium ... concilium ~ N 976 concilium] *add.* damnum donum L, *add.* donum N A P 976/977 dominium ... exordium] *in marg. dex. suppl. l.* transp. N (cf. lin. 975/977), om. A P 977 gladium] om. N A P 979 ostium]
^{lond uel crop}
om. N 979/980 praedium praesidium L, praedium presidium N, lond uel
^{fulum}
cropt praedium praesidium A P 982 amminiculum L, amminiculum fulum N, amfulum miniculum A P 984 indiculum] *add. et exp.* insignium N A P 992 et o'] om. P 999/1000 Tertia ... terminatum a c o ... uero] tum a c o ... uero Tertia ... termina ~ A 1000 x] om. N 1001 XLV A

88. In 'a' desinentia nomina neutra, tantum Greca, tertiae
 1010 declinationis inueniuntur, ut 'hoc dogma, dogmatis, dogmati,
 dogma, dogma, dogmate'; pluraliter: 'dogmata, dogmatum,
 dogmatibus, dogmata, dogmata, dogmatibus'. Cuius regulam
 haec sequuntur: 'anathema', 'baptisma', 'crisma', 'enigma',
 'flegma', 'gramma', 'karisma', 'poema', 'plasma', 'scema',
 1015 'stemma', 'toreyma', 'celeuma', 'fantasma', et his similia.
 Haec et analogia per declinationem uariare solet: nam et pri-
 mae et tertiae declinationis esse inuenimus.

89. In 'e' terminantia omnia tertiae declinationis et neutra
 sunt, ut 'hoc mare, maris, mari, mare, mare, mari'; pluraliter:
 1020 'haec maria, marium, maribus, maria, maria, maribus'. Cuius
 regulam haec sequuntur: 'altare', 'astile', 'cocliare', 'bruma-
 re', 'cubile', 'ductile', 'fictile', 'mantile', 'munile', 'obile',
 'rationale', 'reptile', 'sedile', 'sculptile', 'superhumale'. Sic
 declinabis diriuatiua epitheta, ut 'autumnale', 'breuiale',
 1025 'celeste', 'ceremoniale', 'docibile', 'aestuale', 'fidele', 'gentile',
 'humile', 'ignobile', 'legale', 'mirabile', 'nobile', 'optabile',
 'placabile', 'paternale', 'regale', 'solubile', 'triste', 'tractabile',
 'uenerabile', et siqua similia.

90. In 'o' terminantia trium generum sunt et tertiae decli-
 1030 nationis, i.e. masculina feminina communia, ut 'hic cardo,
 cardinis, cardini, cardinem, cardo, cardine'; pluraliter:
 'cardines, cardinum, cardinibus, cardines, cardines, cardini-
 bus'. Cuius regulam haec sequuntur: 'caupo', 'carbo', 'spado',
 'fullo', 'leo', 'ledo', 'turbo', 'umbo', 'ordo', 'praeco', 'praedo'.
 1035 Sic et propria, ut 'Cato', 'Cicero', 'Maro', 'Plato', 'Scipio',
 'Varro', et his similia.

91. Item in 'o' feminina, ut 'haec cupido, cupidinis, cupidini,
 cupidinem, cupido, cupidine'; pluraliter: 'hae cupidines,
 cupidinum, cupidinibus, cupidines, cupidines, cupidinibus'.
 1040 Cuius regulam haec sequuntur: 'albugo', 'crepido', 'caligo',
 'conpago', 'dulcedo', 'erugo', 'arundo', 'imago', 'indago',
 'cartilago', 'luligo', 'libido', 'margo', 'origo', 'propago', 'plan-
 tago', 'salsugo', 'sartago', 'uirgo', 'uertigo', 'uorago', 'gurgil-
 lio', 'suspicio', et siqua similia.

1045 92. In 'o' per aliam formam feminina, i.e. in 'ctio' clasu-
 lam finientia, quae et incorporalitem significant et diriuatiua
 sunt, ut 'haec dictio, dictionis, dictioni, dictionem, dictio,

1009 Pr. (KEIL, III, 446, 8; 444, 18 sqq.).
 1029/1030 Pr. (KEIL, III, 446, 8 sqq.).

1018/1019 Pr. (KEIL, III, 446, 8 sqq.).

LNAP 1009 Greca] add. et NP 1013 sequuntur] add. altare altare A 1015 stemma
 LNP desin. A toreyma L N, torregma P his] om. P 1036 similia] add.
 Diriuatiua ... (cf. lin. 1128/1132) ... cultus codd. 1042 cartilago L, certilago N
 1043 uorago] uirago P 1043/1044 gurgillio L, drotę gurgillio N

dictione'; pluraliter : 'dictiones, dictionum, dictionibus, dictiones, dictiones, dictionibus'. Sic declinabitur : 'actio',
 1050 'benedictio', 'cogitatio', 'congressio', 'diuisio', 'donatio',
 'electio', 'emensio', 'factio', 'fusio', 'gloriatio', 'gestio', 'in-
 tentio', 'inmisio', 'lectio', 'lusio', 'mensio', 'mansio', 'natio',
 'oratio', 'offensio', 'petitio', 'peruersio', 'questio', 'ratio',
 'recesio', 'suggestio', 'secesio', 'tinctio', 'translatio', 'unctio',
 1055 'uisio', et siqua similia.

93. Item feminina in 'tudo', ut 'haec multitudo, multitu-
 dinis, multitudini, multitudinem, multitudo, multitudine';
 pluraliter : 'hae multitudines, multitudinum, multitudinibus,
 multitudines, multitudines, multitudinibus'. Sic declinabi-
 1060 tur : 'altitudo', 'beatitudo', 'celsitudo', 'dulcitus', 'egritudo',
 'fortitudo', 'grauitudo', 'integritudo', 'latitudo', 'magnitudo',
 'nigritudo', 'plenitudo', 'rectitudo', 'sollicitudo', 'testudo',
 et his similia.

94. In 'o' unum commune, ut 'hic' et 'haec homo'.

1065 95. In 'c' uel 'l' uel 't' uel 'n' uel 'x' desinentia omnia
 tertiae declinationis sunt.

In 'c' duo tantum neutra, quae tertiae declinationis sunt,
 ut 'hoc lac, lactis' — cuius nominatiuum quidam 't' littera
 terminari maluerunt, ut 'hoc lact, lactis' — et 'hoc allec,
 1070 allecis', quod est genus piscis.

96. In 'al' masculina propria tantum sunt et tertiae declina-
 tionis, ut 'hic Hannibal, Hannibalis, Hannibali, Hannibalem,
 Hannibal, Hannibale', et siqua similia, ut 'Astrubal', 'Iubal',
 et reliqua.

1075 In 'al' neutra tertiae declinationis sunt, ut 'hoc animal, ani-
 malis, animal, animal, animal'; pluraliter : 'haec ani-
 malia, animalium, animalibus, animalia, animalia, animalibus'.
 Sic et 'ceruical', 'uctigal', 'tribunal', 'sal', et cetera.

97. In 'el' masculina propria huius declinationis sunt, ut
 1080 'hic Danihel, Danihelis, Daniheli, Danihelem, Danihel, Dani-
 hele'. Sic et 'Gamalihel', 'Gabrihel', 'Michahel', 'Raguel',
 'Ezechiel', 'Salathiel', et cetera. In 'el' neutra correpta, ut
 'hoc fel, fellis', 'mel, mellis'.

In 'il', ut 'Tenaquil', 'uigil', 'pugil' — i.e. miles —, et
 1085 'mugil' — quod est genus piscis agile nimis —. Horum

1065/1070 Pr. (KEIL, III, 446, 12 sqq.). 1071/1072 Pr. (KEIL, II, 312, 14 sqq.).
 1075 Pr. (KEIL, II, 312, 14 sqq.). 1079 Pr. (KEIL, II, 312, 17 sqq.). 1082/1083
 Pr. (KEIL, II, 312, 17 sqq.). 1084 Pr. (KEIL, II, 312, 21 sqq.). 1085/1087 Pr.
 (KEIL, II, 353, 14 sqq.).

LNP 1052 lectio] electio N mensio] mersio P 1053 peruersio] om. N P 1056
 multitudines] om. P Sic] om. P 1061 magnitudo] suppl. l 1064 haec]
 add. et exp. uirgo l 1070 est] add. et P 1075 sunt] om. P 1077 animalia]
 om. P 1084 i.e. miles] om. N

genetiui plurales non in 'ium' sed in 'um' terminant, licet ablatiuus singularis in 'i' desinet.

In 'ol', ut 'hic sol'.

In 'ul' masculina, ut 'hic consul', 'proconsul', 'exul', 'prae-
1090 sul', 'Saul'.

98. In 'an', ut 'Titan'.

In 'en' neutra tantum correpta et tertiae declinationis sunt, ut 'hoc lumen, luminis, lumini, lumen, lumen, lumine'; pluraliter : 'lumina, luminum, luminibus, lumina, lumina, lumini-
1095 bus'. Cuius regulam haec sequuntur : 'hoc agmen', 'uitumen', 'culmen', 'crimen', 'certamen', 'donamen', 'examen', 'famen', 'flumen', 'flamen', 'framen', 'gramen', 'gestamen', 'germen', 'ingumen', 'limen', 'luctamen', 'munimen', 'numen', 'nomen', 'notamen', 'omen', 'oramen', 'pigmen', 'peccamen', 'prae-
1100 nomen', 'pronomen', 'regimen', 'rumen', 'stamen', 'spiramen', 'tutamen', 'uimen', 'uelamen'. In 'en' duo tantum masculina inueniuntur, ut 'hic rien' — quod est lumbis —, et 'hic lien, lienis' — quod est splenis — et rara composita ex artis nomine et cantu, ut 'fidicen', 'tubicen', 'tibicen', 'liricen', 'cornicen'.

1105 In 'in', ut 'hoc delfin'.

In 'on' masculina, ut 'hic agon, agonis, agoni, agonem, agon, agone'. Sic 'Agamemnon', 'artimon', 'dagon', 'demon', 'Memnon', 'Symon', 'Ammon'.

99. In 'ar' masculina, ut 'hic Cesar, Cesaris', neutra, ut
1110 'hoc lupinar, lupinaris'. Sic et 'lacunar', 'laquear', 'iubar', 'puluinar', 'torcular', et reliqua.

In 'er' masculina, ut 'hic pater, patris'. Sic 'frater', 'carcer', 'crater', 'ancipiter', 'luter', 'character', 'celer'; feminina, ut 'haec mater, matris', 'mulier, mulieris', et reliqua; neutra, ut
1115 'hoc tuber', 'papaber', reliqua; in 'er' communia, ut 'hic' et 'haec pauper', reliqua.

In 'ir' duo neutra, ut 'hoc gradir, gradiris', et 'hoc ir', quod est indeclinabile.

100. In 'or' masculina, ut 'hic doctor, doctoris, doctori,
1120 doctorem, doctor, doctore'; pluraliter : 'doctores, doctorum, doctoribus, doctores, doctores, doctoribus'. Cuius regulam

1088 Pr. (KEIL, II, 312, 24). 1089 Pr. (KEIL, II, 313, 1 sq.). 1091 Pr. (KEIL, III, 446, 14). 1101/1103 Pr. (KEIL, II, 149, 7 sq.; 148, 19 sq.). 1105 Pr. (KEIL, II, 313, 8). 1106/1108 Pr. (KEIL, II, 220, 10 sqq.). 1109 Pr. (KEIL, II, 313, 12 sq.). 1109/1110 Pr. (KEIL, II, 222, 4 sqq.). 1112/1116 Pr. (KEIL, II, 313, 19 sqq.). 1117 Pr. (KEIL, II, 234, 9 sqq.). 1119/1121 Pr. (KEIL, II, 234, 18 sqq.).

LNP 1094 lumina] *add.* ab his N 1095 sequuntur] *add.* ut L N 1100 pro-
nomen] *om.* N P 1107 agon agone] *om.* N P 1110 lacunar^{trist} L, lacunar
frist P 1117 gradir] *iterat.* N P

haec sequuntur : 'autor', 'amor', 'bellator', 'color', 'creator', 'dolor', 'defensor', 'error', 'exactor', 'furor', 'factor', 'genitor', 'gestator', 'honor', 'horror', 'impensor', 'incentor', 'labor',
 1125 'libor', 'lector', 'meror', 'mediator', 'nitor', 'notator', 'odor', 'ostentator', 'pauor', 'prouisor', 'rector', 'ruminator', 'sator', 'saluator', 'tortor', 'traditor', 'uictor', 'uiator', et his similia. Diriuatiua nomina, ut praediximus, aut a nominibus ueniunt, ut a 'monte' 'montanus', aut a uerbis, i.e. tertia persona
 1130 praesentis temporis indicatiui modi uel uerbo gerendi, ut 'audit, auditor', 'lectu, lector', aut <ab> infinitiuo futuro, ut 'nominatum ire', aut a participio, ut 'uisus' et 'cultus'.

101. In 'or' feminina, ut 'haec soror, sororis'; sic et 'arbor', 'uxor'.

1135 In 'or' neutra, ut 'hoc fulgor, fulgoris, fulgori, fulgor, fulgor, fulgore'; pluraliter : 'haec fulgora, fulgorum, fulgoribus, fulgora, fulgora, fulgoribus'. Sic declinabitur : 'aequor', 'femor', 'marmor', 'sulphor', 'robor' — de arbore —, 'ruber' — de colore.

1140 Sic in 'ur' neutra, ut 'hoc guttur, gutturi', 'ebur, eburis', 'robur, robur' — de uirtute —.

102. In 'as' desinentia Latina quidem omnia tertiae declinationis sunt, Graeca uero quae in 'os' terminant genetium apud Grecos ut 'hic Mecnas, huius Mecnatis', 'hic Athlans, Athlantis' Grece 'Mecnatos', 'Athlantos' facit.
 1145

In 'as' feminina, ut 'haec aetas, aetatis, aetati, aetatem, aetas, aetate'; pluraliter : 'hae aetates, aetatum, aetatibus, aetates, aetates, aetatibus'. Sic declinabitur : 'aestas', 'auctoritas', 'bonitas', 'breuitas', 'castitas', 'claritas', 'deitas', 'dignitas', 'euitas', 'extremitas', 'facultas', 'frugalitas', 'grauitas',
 1150 'generositas', 'hereditas', 'hilaritas', 'iucunditas', 'ignobilitas', 'karitas', 'kalamitas', 'libertas', 'largitas', 'maiestas', 'mobilitas', 'nobilitas', 'natiuitas', 'oportunitas', 'otiositas', 'punitas', 'potestas', 'qualitas', 'quantitas', 'raritas', 'rusticitas',
 1155 'sanitas', 'sobrietas', 'trinitas', 'tempestas', 'unitas', 'uanitas', et similia.

103. In 'es' masculina, ut 'hic comes, comitis, comiti, comitem, comes, comite'; pluraliter : 'hii comites, comitum, comitibus, comites, comites, comitibus', et his similia, ut 'aries',

1128 praediximus] lin. 116 sqq. 1133/1134 Pr. (KEIL, II, 234, 20). 1135/
 1137 Pr. (KEIL, II, 236, 16 sqq.). 1140 Pr. (KEIL, II, 237, 20 sqq.). 1142/1144
 Pr. (KEIL, II, 238, 20 sqq.). 1146/1148 Pr. (KEIL, II, 238, 20 sqq.). 1157/
 1162 Pr. (KEIL, II, 240, 5 sqq.).

LNP 1128/1132 Diriuatiua...cultus] post similia (lin. 1036) transp. codd. 1147 aetate]
 LNAP incip. A 1149 castitas] caritas N claritas] caritas N 1152 karitas]
 paritas N 1153 nobilitas] nouitas N A P 1158 comitum] om. A

1160 'deses', [comes], 'miles', 'praeses', 'reses', 'obses', 'pes', 'sonipes', 'praepes', 'lebes', 'pulues', et his similia. Haec in geneti-
tuo et reliquis casibus crescunt.

104. Similiter feminina in 'es' desinentia crescentia per obli-
cos casus declinanda sunt, ut 'haec seges, segitis'. Sic 'merces',
1165 'teges', 'quies', 'cespes'. Sic et communia, feminina et mascu-
lina, ut 'hic' et 'haec heres, heredis', 'teres', 'diues', 'locuples',
'hospes', 'praepes', 'merges'.

Item feminina in 'es' terminantia : haec utriusque numeri
nominatium parem habent et in singulari numero per oblicos
1170 casus non crescunt, ut 'haec (et 'hae') cedes, huius cedis, cedi,
cedem, cedes, cedi'; pluraliter : 'cedes, cedium, cedibus,
cedes, cedes, cedibus'. Sic 'nubes', 'lues', 'strues', 'edes',
'sedes', 'sepes', 'ales', 'proles', 'moles', 'bases'.

105. In 'is' similiter masculina declinantur, ut 'hic finis',
1175 huius finis, fini, finem, finis, fine'; pluraliter : 'hii fines, finium,
finibus, fines, fines, finibus'. Sic et 'collis', 'canis', 'funis',
'laris', 'mensis', 'panis', 'renis', 'splenis', 'hostis', 'orbis',
'testis', 'uermis'. Similiter feminina declinanda sunt, ut 'haec
amnis, huius amnis', 'auis', 'apis', 'auris', 'cutis', 'cladis',
1180 'dapis', [dis], 'ensis', 'famis', 'frugis', 'lis', 'mesis', 'naris', 'ouis',
'opis', 'pupis', 'restis', 'sitis', 'turris', 'uitis', 'uallis', reliqua.

Sic et communia diriuatiua declinabis, ut 'hic' et 'haec
amabilis, huius amabilis, amabili, amabilem, amabilis, ama-
bili'; 'affabilis', 'breuis', 'caelestis', 'culpabilis', 'debilis',
1185 'damnabilis', 'exilis', 'excusabilis', 'execrabilis', 'fragilis',
'flammabilis', 'grandis', 'gracilis', 'gentilis', 'humilis', 'honora-
bilis', 'iuuenis', 'inanis', 'ignobilis', 'lenis', 'laudabilis', 'mitis',
'mirabilis', 'nobilis', 'omnis', 'obtabilis', 'pluralis', 'placabilis',
'rudis', 'regalis', 'similis', 'solubilis', 'tristis', 'tractabilis',
1190 'uilis', 'uisibilis', reliqua.

106. In 'os' masculina, ut 'hic flos, floris', 'ros', 'mos',
'nepos', 'heros, herois'. In 'os' feminina, ut 'haec dos, dotis',
'cos, cotis'.

In 'os' neutra, ut 'hoc os' — <o> producta —, 'oris', 'os',
1195 ossis' — <o> correpta —.

In 'os' communia, ut 'hic' et 'haec custos, custodis'; sic
'sacerdos'.

1163/1164 Pr. (KEIL, II, 316, 15 sqq.). 1168/1172 Pr. (KEIL, II, 317, 11 sqq.).
1174 Pr. (KEIL, II, 250, 5 sqq.). 1191 Pr. (KEIL, III, 446, 39 sqq.).

LNAP 1163/1164 oblices Ω 1167 praepes] preses N A 1169 parem] parent A
oblices Ω 1172 lues] luces L 1174 declinantur] desin. N 1185
LAP execrabilis] om. L A, add. humilis excusabilis P 1194 ut] in A P

107. In 'us' masculinum huius declinationis unum inuenitur, ut 'hic lepus, leporis'.

- 1200** In 'us' productam feminina Latina et in oblicis casibus crescentia, exceptis arborum nominibus et propriis, omnia tertiae sunt declinationis, ut 'haec salus, salutis', 'uirtus, uirtutis', 'seruitus', 'senectus', 'iuuentus', 'palus', 'tellus'. Haec genetiuo crescunt uel in 'tis' uel in 'dis' uel in 'ris', per-
- 1205** manente 'u' littera producta in obliquis casibus.

- 108.** In 'us' correptam seu productam neutra omnia tertiae sunt et in 'ris' terminant genetiuum, ut 'hoc pectus, pectoris, pectori, pectus, pectus, pectore; pectora, pectorum, pectoribus, pectora, pectora, pectoribus'. Sic et 'corpus', 'foedus',
- 1210** 'funus', 'frigus', 'holus', 'ius', 'latus', 'litus', 'munus', 'maius', 'minus', 'nemus', 'honus', 'opus', 'pignus', 'pondus', 'plus', 'rus', 'crus', 'sidus', 'tempus', 'uulnus', 'uellus', et siqua similia. Excipiuntur quattuor, unum Grecum quod est 'pylagus, pylagi', et 'uulgus, uulgi' — quod et masculinum et
- 1215** neutrum inuenitur —, et 'uirus, uiri', et 'pus' indeclinabile.

- 109.** In 'us' correptam communia duo huius declinationis tantum inueniuntur, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc uetus, ueteris', 'Ligus, Liguris' — quod est gentile —, et duo monosyllaba, 'hic' et 'haec sus, suis', 'grus, gruis', quorum nominatiuus
- 1220** producitur, et unum epicenon, i.e. 'mus, muris', quod a Greco $\mu\upsilon\varsigma$: <u> in 'u' longam motatur.

110. In 't' duo tantum sunt et tertiae declinationis, ut 'hoc caput, capitis', 'sinciput, sincipitis'.

- 111.** In 'ax' feminina, ut 'haec fax, <facis>', 'pax, pacis'.
- 1225** In 'ax' communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc efficax, efficaxis'; sic et 'audax', 'capax', 'carax', 'dicax', 'edax', 'emax', 'fugax', 'fallax', 'fornax', 'loquax', 'mendax', 'minax', 'procax', 'perspicax', 'rapax', 'sagax', 'tenax', 'uerax', 'forax', et siqua similia.

- 1230** In 'arx' feminina, ut 'haec arx, arcis'.

In 'ex' masculina, ut 'hic artifex, artificis', 'aurifex', 'apex', 'carnifex', 'pontifex', 'grex', 'index', 'latex', 'opifex', 'pumex', 'pollex', 'rex', 'uindex'. Similiter feminina, ut 'haec cortex', 'frutex', 'falex', 'fex', 'lex', 'silex'. In 'ex' communia ut 'hic'

1198/1199 Pr. (KEIL, III, 445, 9 sq.). **1209/1201** Pr. (KEIL, II, 267, 19 sqq.).
1206/1207 Pr. (KEIL, II, 273, 10 sqq.). **1213/1215** Pr. (KEIL, III, 445, 26 sqq.).
1216/1217 Pr. (KEIL, III, 445, 28 sqq.). **1222/1223** Pr. (KEIL, III, 444, 8; 14).
1224 Pr. (KEIL, II, 322, 12 sqq.). **1230** Pr. (KEIL, II, 324, 2). **1234** Pr. (KEIL, II, 322, 18 sqq.).

LP **1205** obliquis] *desin.* A casibus] *om.* P **1210** holus ius] hoc hesus P **1215**
neutrum] femininum *codd.* **1220** epicoinon P **1221** mys *codd.* **1226**
audax] *add.* In arx ... (*cf. lin. 1230*)... arcis *codd.* **1223** pumex L, pumex tanex P
1234 falex L, haraes falex P

1235 et 'haec' et 'hoc duplex', 'multiplex', 'supplex', 'simplex', 'triplex'.

In 'ix' masculina, ut 'hic berfix, berficus'; sic 'calix', 'culix', 'pulix', 'cuturnix', 'cornix', 'lodix'. In 'ix' feminina, ut 'haec creatrix, creatricis'. Sic et 'altrix', 'bellatrix', 'ceruix', 'cultrix', 'doctrinx', 'fictrix', 'formatrix', 'genetrix', 'hortatrix',
1240 'inuentrix', 'lectrix', 'meretrix', 'nix, niuis', 'negatrix', 'pix', 'peccatrix', 'rectrix', 'seruatricx', 'testatrix', 'uictrix', et cetera. In 'ix' communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc felix, huius felicitis'.

In 'ox' feminina, ut 'haec uox, uocis', 'nox, noctis', 'celox, celocis'. In 'ox' communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc uelox, uelocis'; sic 'ferox', 'pernox'.

In 'ux' masculina, ut 'hic Pullux, Pullucis', 'dux, ducis'; in 'ux' feminina, ut 'haec crux, crucis' — sic et 'lux', 'nux'; communia, ut 'trux, trucidis', 'atrux, atrucis'.

1250 **112.** In 'ans' <masculina>, ut 'hic Athlans, Athlantis', 'elephans', 'infans', 'glans'; in 'ans' communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc amans, amantis', 'constans', 'donans', 'eleuans', 'flagrans', 'onorans', 'ignorans', 'laudans', 'mandans', 'penetrans', 'scelerans', 'uenerans'.

1255 In 'ens' masculina, ut 'hic dens, dentis'; feminina, ut 'haec mens, mentis', 'gens, gentis'; communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc ardens, ardentis', 'clemens', 'demens', 'excellens', 'fulgens', 'gaudens', 'ingens', 'libens', 'mordens', 'potens', 'sapientis'.

1260 In 'ons' masculina, ut 'hic mons, montis', 'fons', 'pons'; feminina, ut 'haec frons, frontis' et 'frons, frondis'; communia, 'insons, insontis'.

113. In 'ars' masculina, ut 'hic Mars, Martis'; feminina, ut 'haec ars, artis', 'pars'.

1265 In 'ers' communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc expers, expertis'; sic et 'sollers', 'iners', 'exers'.

In 'ors' feminina, ut 'haec mors, mortis', 'cohors', 'fors', 'sors, sortis'; communia, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc misericors, misericordis', 'consors, consortis', 'uecors', 'excors', [consors],

1270 reliqua.

1248 Pr. (KEIL, II, 322, 24 sqq.). 1245 Pr. (KEIL, II, 323, 9 sqq.). 1247 Pr. (KEIL, II, 323, 14 sqq.). 1250 Pr. (KEIL, II, 319, 7 sqq.). 1255 Pr. (KEIL, II, 319, 16 sqq.). 1260 Pr. (KEIL, II, 319, 20 sqq.). 1265 Pr. (KEIL, II, 320, 1 sqq.). 1265 Pr. (KEIL, II, 320, 3 sqq.). 1267 Pr. (KEIL, II, 320, 5 sqq.).

LP 1237 calix] om. P 1239 et] suppl. l aliatricx P 1244/1245 celox ceol L,
ceol celox P 1263 Mars] om. P 1264 artis] om. P 1265 sollers] tolleris P
1267 fors L 1268 sors] om. P sortis] fortis P

114. In 'ceps' <masculina>, ut 'hic princeps, principis'; feminina, ut 'muriceps, muricipis', 'forceps'; communia, ut 'anceps', 'biceps', 'municeps', 'particeps'.

In 'ops' masculina, ut 'hic Cecrops', 'Cyclops, Cyclopis';
1275 communia, ut 'ops'.

In 'ebs' masculina, ut 'hic celebs, celibis'; communia, ut 'haebs, haebis'.

<In 'urbs' et in 'ubs'> feminina, ut 'haec urbs, urbis', 'nubs, nubis'.

1280 In 'aes' uel 'aus' dyptongos desinentia, ut 'hic praes, prae-
tis', 'haec aes, aeris', 'haec fraus, fraudis', 'laus, laudis' — et
omnia quae in duas consonantes desinunt tertiae sunt decli-
nationis.

115. QVARTA DECLINATIO duas habet terminales litteras,
1285 's' et 'u', terminationes autem similiter duas, 'us' et 'u', ut
'hic uultus', 'hoc cornu'.

In 'us' correptam desinentia, 's' uel 't' uel 'x' antecedenti-
bus litteris, si sint rerum incorporalium uocabula, masculina
sunt et quartae declinationis, ut 'hic risus, huius risus, huic
1290 risui, hunc risum, o risus, ab hoc risu'; pluraliter: 'hii risus,
horum risuum, his risibus, hos risus, o risus, ab his risibus'.
Cuius regulam haec sequuntur: 'auditus', 'excessus', 'flatus',
'flexus', 'gressus', 'luxus', 'metus', 'motus', 'nismus', 'nexus',
'plausus', 'pasus', 'sexus', 'usus', 'uisus', et his similia. Prae-
1295 terea eiusdem declinationis sunt quae, cum sunt fixa, in 'tus'
desinunt, aliqua consonante in eadem syllaba anteposita, ut
'hic cantus, huius cantus'; sic 'cultus', 'fluctus', 'gustus',
'haustus', 'ictus', 'luctus', 'pastus', 'quaestus', 'rictus', 'sep-
tus', 'tractus', 'uultus', et siqua similia.

1300 In 'us' similiter feminina sunt quartae declinationis, ut
'haec manus, huius manus'; sic et 'domus'.

116. In 'u' uero desinentia neutra inueniuntur indeclina-
bilia in singulari numero; in plurali secundum quartam

1271 Pr. (KEIL, II, 280, II sqq.). 1272 Mai, n° 1663. 1274 Pr. (KEIL,
II, 321, 21 sqq.). 1276/1277 Pr. (KEIL, II, 280, II sqq.). 1278/1279 Pr.
(KEIL, II, 280, II sqq.). 1280 Pr. (KEIL, II, 275, 19 sqq.). Pr. (KEIL, II,
275, 21 sq.). 1284/1285 Pr. (KEIL, III, 447, 10 sqq.). 1287/1289 Pr. (KEIL,
III, 444, 26 sqq.). 1294/1297 Pr. (KEIL, III, 444, 33 sqq.). 1300 Pr. (KEIL,
III, 445, 20 sqq.). 1302/1304 Pr. (KEIL, III, 447, 14 sqq.).

LP 1272/1273 forceps ... biceps] biceps communia ut anceps ~ *codd.* 1276 ebs]
eps L (*corr.* I), epb P 1278/1279.1280/1281.1281/1283 nubs nubis In aes uel
aus ... laudis et omnia ... declinationis] nubs (*om.* nubis) et omnia ... (*cf. lin. 1281/
1283*) ... declinationis in ae uel aus ... (*cf. lin. 1280/1281*) ... laudis ~ P 1295
cum] sC P 1301 sic et domus] *om.* P 1303 secundum] par P

declinationem flectuntur, ut 'hoc cornu, cornu, cornu, cornu,
 1305 cornu, cornu'; pluraliter : 'haec cornua, cornuum, cornibus,
 cornua, cornua, cornibus'. Sic et 'genu', 'gelu', 'ueru', reliqua.

117. QVINTA DECLINATIO unam habet terminationem in 'es'
 productam, et masculini et feminini generis est, ut 'hic dies,
 diei, diei, diem, dies, die'; pluraliter : 'dies, dierum, diebus,
 1310 dies, dies, diebus'; sic et 'meridies, meridiēi'; similiter femini-
 na, ut 'haec acies, aciei', 'canities', 'effigies', 'facies', 'fides',
 'glacies', 'ingluuies', 'inluuies', 'macies', 'perniciēs', [per-
 nities], 'planities', 'species', 'spes', 'scabies', 'rabies', 'res', et
 siqua similia.

1307/1310 Pr. (КЕП, III, 447, 16).

1310/1313 Pr. (КЕП, III, 446, 298qq.).

LP 1306 gelu uerū^{tan} reliqua L, gelu uer tañ ur P 1309 dies¹] om. L 1310
 similiter] In siñr P 1314 similia] add. finit de nomine L.

II. DE PRONOMINE

1. Pronomen est pars orationis quae pro nomine posita tantumdem pene significat personamque interdum recipit.

Pronomen dictum est eo quod nominis fungitur officio ; nam sicut nomen corpus aut rem, cuius mentionem facimus, praecedendo demonstrat, ita et pronomen subsequendo eandem rem uel corpus per se ostendit, ut est : *Confitemini Domino* — ecce Domino nominato designat cui confitendum est —, *et inuocate nomen eius* — idem per pronomen 'eius' repetit, ne fastidium per iterationem nominis crearet : absurdum enim est dicere : *Confitemini Domino et inuocate nomen Domini* —. Sed pronomine post primam nominis notitiam utendum est.

2. Pronomina personam recipientia sunt quae finitae qualitatis sunt, quia praesentiam personae ostendunt, ut : 'ego, tu, ille'. Minus quam finita pronomina pene significant personam, quia nec plene praesentiam personae ut uidere possit ostendunt, nec tam longe absens est ut nescias ubi sit, ut : 'iste, ipse'. Infinita uero pronomina sunt quae nullam certam personam designant: ut : 'quis, quae, quid' : nescis enim ubi sit de quo loqueris.

3. Pronomina accedunt sex : qualitas, genus, numerus, figura, persona, casus.

QUALITAS pronominum est, ut praediximus, utrum sint finita pronomina an infinita.

GENERA pronominum sunt fere ut nominum : masculinum, ut : 'ille' ; femininum ut : 'illa' ; neutrum, ut : 'illud' ; commune, ut : 'talis, qualis' ; trium generum, ut : 'ego, tu'.

NVMERI pronominum duo sunt : singularis, ut : 'hic' ; pluralis, ut : 'hii'.

FIGVRAE duae sunt : simplex, ut : 'quis' ; composita, ut : 'quisquis'.

PERSONAE pronominum tres sunt : prima, ut : 'ego' ; secunda : 'tu' ; tertia : 'ille'.

II. DE PRONOMINE. 1/3 Don. (KEIL, IV, 379, 23 sq.). 3 Pomp. (KEIL, V, 199, 28 sq.). 6/7.8.10 Ps. 104, 1. 11/12 Pomp. (KEIL, V, 199, 25). 13/20 Pomp. (KEIL, V, 202, 19 sqq. ; 203, 1 sq.). 21/22 Pomp. (KEIL, V, 200, 10 sq.). 23/24 Don. (KEIL, IV, 379, 26 sq.). 25/27 Don. (KEIL, IV, 380, 10 sq.). 28/29 Don. (KEIL, IV, 380, 13 sqq.). 30/31 Don. (KEIL, IV, 380, 18 sq.). 32/33 Don. (KEIL, IV, 380, 25 sq.).

LP II. DE PRONOMINE. Inscr. INCIPIT DE PRONOMINE L 2/3 personamque ... nominis] om. P 4 cuiuscumque codd. 16 possit] add. ut P 19 quid] quod codd.

CASVS pronominum sunt sex, ut nominum <excepto uoca-
 35 tiuo> : nominatiuus, ut : 'ille' ; genetiuus : 'illius' ; datiuus :
 'illi' ; accusatiuus : 'illum' ; ablatiuus : 'ab illo'.

4. Pronomina de quibus nulla dubitatio est sunt, apud
 Latinos, quindecim. Primitiua quidem octo, haec : primae
 personae unum : 'ego', et secundae unum : 'tu', tertiae uero
 40 sex : 'sui', 'ille', 'ipse', 'hic', 'iste', 'is' ; diriuatiua septem :
 'meus', 'tuus', 'suus', 'noster', 'uester', 'nostras', 'uestras'.

5. Habent igitur primitiua duas declinationes, idest secun-
 dam et quartam, ut est : 'ego, mei', 'ille, illius' ; diriuatiua
 uero tres, utique primam et secundam et tertiam, ut : 'tua,
 45 tuae', 'noster, nostri', 'nostras, nostratis'. Vna quidem pri-
 mitiuorum est declinatio, quae tam genetiuum quam datiuum
 in 'i' terminat, ut est : 'ego, mei', 'tu, tui', 'sui', 'mihi', 'tibi',
 'sibi', accusatiuum et ablatiuum in 'e' productam ut : 'me,
 te, se', 'a me, a te, a se' ; uocatiuum enim secunda tantum
 50 habet persona, qui similis est nominatiuo, ut : 'o tu' : nam
 prima persona se ipsam nullatenus uocare potest ; sed et
 secunda persona in plurali numero uocatiuum habet qui simi-
 lis est nominatiuo et accusatiuo, ut : 'o uos' ; sicut inperatibi
 uerbi prima persona numquam sibi soli, nisi aliis commixta
 55 sit, imperat.

6. Pluralia prima et secundae personae similiter declinan-
 tur, ut : 'nos, uos', 'nostrum uel nostri, uestrum uel uestri',
 'nobis, uobis'. Altera uero declinatio in reliquis quinque
 primitiuis quorum genetiuus in 'ius', datiuus in 'i' desinit
 60 per tria genera, ut : 'ille, illius, illi', 'illa, illius, illi', 'illud,
 illius, illi'.

7. 'Ego' pronomen est finitae qualitatis, tribus generibus
 comune, numeri singularis, figurae simplicis, personae pri-
 mae, casus nominatiui 'ego', genetiuui 'mei uel mis', datiuui
 65 'mihi', accusatiui 'me', ablatiuui 'a me' ; pluraliter uero : 'nos,
 nostrum uel nostri, nobis, nos, a nobis'.

8. 'Tu' pronomen est finitae qualitatis, tribus generibus
 commune, numeri singularis, figurae simplicis, personae se-
 cundae, casus nominatiui, quod declinabitur sic : 'tu, tui uel

34/36 Don. (KEIL, IV, 380, 29 sq.). 37/38 Pr. (KEIL, III, 449, 7 sq.). 38/41
 Pr. (KEIL, III, 449, 8 sqq.). 42/43 Pr. (KEIL, III, 449, 10 sqq.). 49/50 Pr.
 (KEIL, III, 449, 12 sqq.). 50/51 Don. (KEIL, IV, 380, 33 sqq.). 52/53 Pr.
 (KEIL, III, 449, 18 sqq.). 56/58 Pr. (KEIL, III, 449, 15 sqq.). 58/61 Pr.
 (KEIL, III, 449, 22 sqq.).

LP 40 septem] VI P 43 duas] suppl. l 47 est] om. L 50 o] suppl. l 51
 sed] potest P 57/58 nostrum ... declinatio] nos h uob altera t r ū f tri f uri nob
 id ūt decliñ P 62 Ego] Ergo P pronomen] nomen L, pro- suppl. l 63
 personae] prae persone P 66 sic] suppl. l

70 tis, tibi, te, o tu, a te'; pluraliter : 'uos, uestrum uel uestri, uobis, uos, o uos, a uobis'. Haec duo pronomina primitiua et duo diriuatiua, idest 'nostras, uestras', fixa sunt et communia trium generum ; reliqua uero omnia mobilia sunt et transeunt per genera in diuersas formas ut : 'ille, illa, illud'.

75 9. 'Ille' pronomen est finitae qualitatis, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, personae tertiae, casus nominatiui, quod declinabitur sic : 'ille, illius, illi, illum, ab illo' ; pluraliter : 'illi, illorum, illis, illos, ab illis' ; item feminini generis : 'illa, illius, illi, illam, ab illa' ; pluraliter : 'illae, illarum, illis, illas, ab illis' ; similiter neutri : 'illud, illius, illi, illud, ab illo' ; pluraliter : 'illa, illorum, illis, illa, ab illis'.

10. 'Iste' pronomen est minus quam finitae qualitatis, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, personae tertiae, casus nominatiui, quod declinabitur sic : 'iste, istius, isti, istum, ab isto' ; pluraliter : 'isti, istorum, istis, istos, ab istis' ; sic et feminini : 'ista, istius, istae, istam, ab ista' ; pluraliter : 'istae, istarum, istis, istas, ab istis' ; similiter neutri : 'istud, istius, isti, istud, ab isto' ; pluraliter : 'ista, istorum, istis, ista, ab istis'.

90 11. 'Ipse' pronomen est minus quam finitae qualitatis, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, personae tertiae, quod declinabitur sic : [nominatiuo] 'ipse, ipsius, ipsi, ipsum, ab ipso' ; pluraliter : 'ipsi, ipsorum, ipsis, ipsos, ab ipsis' ; sic feminini : 'ipsa, ipsius, ipsae, ipsam, ab ipsa' ; pluraliter : 'ipsae, ipsarum, ipsis, ipsas, ab ipsis' ; neutri : 'ipsud, ipsius, ipsi, ipsud, ab ipso' ; pluraliter : 'ipsa, ipsorum, ipsis, ipsa, ab ipsis'.

12. 'Hic' est pronomen finitae qualitatis, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, personae tertiae, casus nominatiui, quod declinabitur sic : 'hic, huius, huic, hunc, ab hoc' ; pluraliter : 'hii, horum, his, hos, ab his' ; feminini : 'haec, huius, huic, hanc, ab hac' ; pluraliter : 'hae, harum, his, has, ab his' ; neutri : 'hoc, huius, huic, hoc, ab hoc' ; pluraliter : 'haec, horum, his, haec, ab his'.

105 Hoc pronomen interdum articulum praepositium uel demonstratiuum dicitur : articulum autem ab artu diminutiui <forma> diriuatur. Tunc enim articulum est quando praepositur nomini : sex casus, quasi articula, flectendo per se

105/106 Don. (KEIL, IV, 436, 23 sqq.). 106/107 Isid., *Orig.*, I, VIII, 4. 107/109 Don. (KEIL, IV, 381, 5 sq.) ; Pomp. (KEIL, V, 211, 2).

LP 72 nostras] *add.* † ros † ras P 76 personae] per persone P 85/86 istius
... istae] *om.* P 88 istum *codd.* 91/92 personae] per persone P 101 hos]
om. P 105 dum L 106 autem] hec P

demonstrat ; nam sunt quaedam nomina quae per se flecti
 110 non possunt, ut : 'nequam', quorum articula flectendi per haec
 demonstrantur ; quando uero sine nominis flexu separatim
 in officium nominis ponitur, pronomen est, ut si dixeris : 'de
 quolibet hic mihi multa narrauit'. Vel ideo demonstrare dicitur
 quia personam prope esse demonstrat.

115 Interdum autem 'hic' aduerbium loci est : tum producitur,
 alioquin corripitur ; sed huius pronominis datiuus casus contra
 regulam in 'c' terminatur, differentiae causa, propter 'hui'
 interiectionem pauentis.

13. 'Is' pronomen est subiunctatiuum uel relatiuum : sub-
 120 iunctatiuum est quia praecedens nomen subsequi debet, ut
 est : *Domini est terra et plenitudo eius* ; relatiuum uero dicitur,
 quia sensum praecedentis nominis uel personam denudat.

'Is' masculini generis est, casus nominatiui, quod declina-
 bitur sic : 'is, eius, ei, eum, ab eo' ; pluraliter : 'ei, eorum, eis,
 125 eos, ab eis' ; feminini : 'ea, eius, ei, eam, ab ea' ; pluraliter :
 'eae, earum, eis, eas, ab eis' ; neutri : 'id, eius, ei, id, ab eo' ;
 pluraliter : 'ea, eorum, eis, ea, ab eis'.

14. 'Sui' pronomen est commune trium generum et fixum
 in quantum regulae subiacet, sed inter fixa non numeratur,
 130 quia defectatiuum est et nominatiuo caret : nam 'sui' genetiui
 est, datiuus 'sibi', accusatiuius 'se', ablatiuus 'a se'. Idem est in
 plurali numero, nam 'sui' quasi dicas eius uiri uel mulieris uel
 animalis, siue eorum uel earum ; sic et reliqui casus utriusque
 numeri et trium generum sunt communes.

135 15. 'Meus' pronomen est diriuatiuum et possessiuum per-
 sonae primae, ab utraque parte singulare, idest possessionis
 et possidentis, ut si dicas : 'meus liber' : ecce, 'meus' persona
 singularis est possidentis, 'liber' uero possessionis singulare
 nomen est, et ob hoc possessiuum pronomen dicitur, quod
 140 declinabitur sic : masculini generis : 'meus, mei, meo, meum,
 a meo' ; pluraliter : 'mei, meorum, meis, meos, a meis' ; fe-
 minini : 'mea, meae, meae, meam, a mea' ; pluraliter : 'meae,
 mearum, meis, meas, a meis' ; neutri generis : 'meum, mei,
 meo, meum, a meo' ; pluraliter : 'mea, meorum, meis, mea,
 145 a meis'.

16. 'Tuus' pronomen secundae personae similiter diriuat-
 iuum et possessiuum, ab utraque parte singulare, quod

109/112 Don. (KEIL, IV, 381, 4 sq.).

113/114 Pomp. (KEIL, V, 203, 12 sq.).

115/116 Pomp. (KEIL, V, 208, 6 sqq.).

116/118 Pr. (KEIL, III, 449, 29 sq.).

119/120 Pomp. (KEIL, V, 205, 18 sq.).

121 Ps. 23, 1.

121/122 Pomp. (KEIL,

V, 205, 21).

128/134 Pomp. (KEIL, V, 209, 31 sqq.).

135 Pr. (KEIL, III, 449,

30 sqq.). Cons. (KEIL, V, 201, 34 sqq.).

declinabitur sic : masculini generis : 'tuus, tui, tuo, tuum, a tuo'; pluraliter ex altera parte, idest possessionis : 'tui, tuorum, tuis, tuos, a tuis'; feminini generis : 'tua, tuae, tuae, tuam, a tua'; pluraliter : 'tuae, tuarum, tuis, tuas, a tuis'; generis neutri : 'tuum, tui, tuo, tuum, a tuo'; pluraliter : 'tua, tuorum, tuis, tua, a tuis'.

17. 'Suus' quoque pronomen est possessium et diriuatium personae primae, generis masculini, a parte possessoris plurale, quod declinabitur sic : 'suus, sui, suo, suum, a suo'; pluraliter, <a> parte possessionis : 'sui, suorum, suis, suos, a suis'; generis feminini : 'sua, suae, suae, suam, a sua'; pluraliter : 'suae, suarum, suis, suas, a suis'; generis neutri : 'suum, sui, suo, suum, a suo'; pluraliter : 'sua, suorum, suis, sua, a suis'.

18. 'Noster' pronomen est possessium et diriuatium personae primae, generis masculini, a parte possessoris plurale, quod declinabitur sic : 'noster, nostri, nostro, nostrum, noster, a nostro'; pluraliter ab utraque parte, i.e. possessoris et possessionis : 'nostri, nostrorum, nostris, nostros, nostri, a nostris'; feminini generis : 'nostra, nostrae, nostrae, nostram, nostra, a nostra'; pluraliter : 'nostrae,strarum, nostris, nostras, nostrae, a nostris'; neutri generis : 'nostrum, nostri, nostro, nostrum, <nostrum,> a nostro'; pluraliter : 'nostra, nostrorum, nostris, nostra, <nostra, a> nostris'.

19. 'Vester' pronomen est possessium et diriuatium personae secundae, generis masculini, ex parte possessoris plurale, quod declinabitur sic : 'vester, uestri, uestro, uestrum, <vester, a> uestro'; pluraliter ex utraque parte : 'uestri, uestrorum, uestris, uestros, <uestri, a> uestris'; generis feminini : 'uestra, uestrae, uestrae, uestram, <uestra,> a uestra'; pluraliter : 'uestrae, uestrarum, uestris, uestras, <uestrae,> a uestris'; generis neutri : 'uestrum, uestri, uestro, uestrum, <uestrum, a> uestro'; pluraliter : 'uestra, uestrorum, uestris, uestra, <uestra, a> uestris'.

20. 'Nostras' pronomen est commune et tertiae declinationis, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc nostras, nostratis, nostrati, nostratem, nostras, nostrati uel nostrate'; pluraliter : 'hii' et 'hae nostrates, haec nostratia, horum et harum nostratium et horum nostratum, his nostratibus, hos et has nostrates et haec nostratia, ab his nostratibus'.

Similiter 'uestras' declinandum est.

LAP 140 ex ... possessionis] in marg. sin. suppl. l 166 nostri] incip. A 169 nostrae om. L 172 Vester] om. A P et] om. A 177 uestrae¹] om. A 180/181 uestris ... uestris] uestris uestris uestra A 183 nostrati] suppl. l, nostra A, uel P 185 et¹ ... nostratium] om. A, nostratitum P

21. Inueniuntur tamen nouem mobilia quae, quia declina-
 190 tionem pronominum habent, inter pronomina quidam posue-
 runt, ut 'quis, uel qui, quae, quod, <uel quid>' 'cuius', 'cui',
 'quem, quam, quod', 'a quo, uel a qui — cuius pluralis da-
 tium et ablatium tam in 'is' quam in 'bus' mittit, ut 'quis,
 quibus' —, a qua, a quo'; 'unus, una, unum', 'unius', 'uni';
 195 'ullus, ulla, ullum', 'ullius', 'ulli'; 'nullus, nulla, nullum',
 'nullius', 'nulli'; 'solus, sola, solum', 'solius', 'soli'; 'totus,
 tota, totum', 'totius', 'toti'; 'alius, alia, alium', 'alius', 'alii';
 'uter, utra, utrum', 'utrius', 'utri'; 'alter, altera, alterum',
 'alterius', 'alteri'.

200 Similiter declinantur quaecumque ex his componuntur;
 excipitur 'hic neuter', 'huius neutri' — uetustissimi tamen et
 'neutrius' protulisse inueniuntur.

22. Quidam tamen omnia infinitiua uel interrogatiua uel
 praelatiua uel redditua substantiae uel qualitatis uel quanti-
 205 tatis uel numeri significatiua pronomina esse putauerunt, ut
 'quis', 'qui', 'qualis', 'talis', 'quantus', 'tantus', 'quot', 'tot',
 et ex eis composita siue diriuatiua; sed pronomina esse non
 possunt quia finitas personas non habent, quod proprium est
 pronominum cum casu coniunctorum.

210 **23.** Sunt composita pronomina, ut 'quisque', 'quislibet',
 'quispiam'.

Haec ex parte pronominis declinamus, quia nominatibus
 casus est masculinus, ut 'quisque, cuiusque, cuique, quemque,
 a quoque'; pluraliter: 'quique, quorumque, quibusque uel
 215 quisque, quosque, a quibusque uel a quisque'; feminino:
 'quaeque, cuiusque, cuique, quamque, a quaque'; pluraliter:
 'quaeque, quarumque, quibusque uel quisque, quasque, a
 quibusque uel <a> quisque'; neutro: 'quodque, cuiusque,
 cuique, quodque, a quoque'; pluraliter: 'quaeque, quorum-
 220 que, quibusque uel quisque, quaeque, a quibusque uel a
 quisque'.

24. Similiter masculini generis 'quislibet, cuiuslibet, cui-
 libet, quemlibet, a quolibet'; pluraliter: 'quilibet, quorum-
 libet, quibuslibet uel quislibet, quoslibet, a quibuslibet uel
 225 a quislibet'; feminini: 'quaelibet, cuiuslibet, cuilibet, quam-
 libet, a qualibet'; pluraliter: 'quaelibet, quarumlibet, quibus-
 libet uel quislibet, quaslibet, a quibuslibet uel a quislibet';

189/191 Pr. (KEIL, III, 449, 35 sqq.).

200/202 Pr. (KEIL, III, 450, 2 sqq.).

207/209 Pr. (KEIL, III, 450, 6 sqq.).

210/212 Pomp. (KEIL, V, 207, 34 sqq.).

LAP 190 quidam] ea codd.; cf. KEIL, III, 449, 37 192 qui] quae L 193 tam]
 LP quam L P 193/194 mittit ... quibus] om. P 194 unius] darin. A 198
 LAP utrum] incip. A 206 qui] om. P 209 coniunctum codd. 212 nomitius A
 220/221 uel a quisque] om. A 225 quam-] quae- L

sic et neutri generis declinantur, ut 'quodlibet, cuiuslibet, cuilibet, quodlibet, a quolibet', et reliqua.

- 230 **25.** Item masculini generis : 'quispiam, cuiuspiam, cuipiam, quempiam, a quopiam'; pluraliter : 'quipiam, quorumpiam, quibuspiam uel quispiam, quospiam, a quibuspiam uel <a> quispiam'; feminini : 'quaepiam, cuiuspiam, cuipiam, quampiam, a quapiam', et reliqua pluraliter; neutri : 'quodpiam, 235 cuiuspiam, cuipiam, quodpiam, a quopiam'; sic pluraliter declinandum est.

26. Item 'quisquam, cuiusquam, cuiquam, quemquam, a quoquam': sic per omnes casus et genera declinandum est et a parte priore compositionis semper flectitur, quia nominatiuus 240 est.

27. Similiter 'quidam, cuiusdam', et 'quisnam, cuiusnam', per omnia flectendum est, et 'quicumque, cuiuscumque', reliqua.

'Aliquis' uero et 'siquis' ex posteriore parte flectenda sunt, 245 ut 'alicuius, alicui', 'sicuius, sicui'.

LP 228 quodlibet] quilibet A P 229 et] om. L A 230 quispiam] desin. A
 LAP cuipiam] quippiam P 235 sic] incip. A 241 quidam] quisdam L A
 242 quicumque] quiscumque L A 245 sicui] add. Finit L.

III. DE VERBO

1. Verbum est pars orationis cum tempore et persona, sine casu, aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans : aut enim agentis uim continet, ut 'seco', 'uro', aut patientis, ut 'secor', 'uror' ; cum uero neutrum horum significationis inest, 5 habitus quidam tantummodo demonstratur, i.e. persona sine motu, ut est 'sto', 'sedeo', 'sapio', 'uiuo'.

2. Sed notandum est quod sunt quaedam uerba actiua quae actum et passionem, <quae> significant, per se monstrant ; nam cum dico 'uro', actum facientis uel urentis ostendo, sed 10 ille qui uritur opus agentis patitur. Similiter et passiuum utrumque significat ; nam passio sustinentis respicit ad actum inferentis passionem, ut est 'uror', 'secor', 'pulsor', [uapulor].

3. Quaedam uero nullum patientem extrinsecus conducere per intellectum noscuntur, ut 'sto', 'sedeo', 'ambulo', 'curro' ; 15 haec et neutralia uerba dici meruerunt, licet actum in se interdum habuerint, quia nec passiuam formam recipere possunt, nec passionis intellectum extrinsecus trahunt.

4. Quaedam passionis intellectum sine agentis respectu habent, ut 'esurio', 'algeo'.

20 Quaedam nihil designant nisi aliquid addatur, ut 'uult', 'discernit', 'iubet' : nisi enim addas quid uellet, quid discernat, quid iubeat, plenus intellectus non est.

Quaedam absolutum intellectum habent, ut 'esurit', 'sitiit', 'satur est' : adiectione non est opus quid esuriat, quid sitiatur, 25 aut quo satur sit.

Quaedam passionem uoluntariam uel contrariam habent, ut 'doceor', 'ditor', 'secor', 'uror'.

5. Quaedam neutrum horum admittunt, ut 'algeo', 'aestuo' ; nemo enim aut uolens aut inuitus a quolibet sustinet, sed 30 qualitate temporis euenire solet.

Quaedam sine adiectione extrinsecus personae plenum intellectum non habent, ut : 'pingit quis ? Apelles' ; 'declamat quis ? Cicero'.

III. DE VERBO. 1/2 Don. (KEIL, iv, 381, 14 sq.). 2/4 Cons. (KEIL, v, 366, 1 sqq.). 7/10 Cons. (KEIL, v, 366, 3 sqq.). 10/12 Cons. (KEIL, v, 366, 8 sq.). 13/17 Cons. (KEIL, v, 366, 10 sq.). 20/22 Cons. (KEIL, v, 366, 11 sqq.). 23/25 Cons. (KEIL, v, 366, 14 sqq.). 26/27 Cons. (KEIL, v, 366, 16 sqq.). 28/30 Cons. (KEIL, v, 366, 18 sqq.). 31/33 Cons. (KEIL, v, 366, 22 sqq.).

LAP III. DE VERBO. Inc. Incipit de uerbo L, INKIPIT ΔH VPBΩ A, IN-
LP KIPIT ΔH VEPBΩ P 3 secro auro A P 11 ad] et L 16 habuerint]
LAP desin. A 20 designant] incip. A 32 piget codd.; cf. KEIL, v, 366 (in app.)
appollo L A, apollo P ; cf. KEIL, v, 366 (in app.)

Quaedam e contrario sine aliqua exterius personae adiectio-
 35 ne plenum a qua ministretur opus intellectum in se habent,
 ut : 'pluit', 'tonat' : scilicet Deus intellegitur.

6. Quaedam sunt uel natura uel consuetudine generibus
 singulis proprie pertinentia : nam masculina sunt, cum mascu-
 lineae res suberunt, ut 'genuit', quod naturaliter maribus
 40 pertinet — consuetudine 'tondetur' — ; femina naturaliter
 'parit', 'nuuit' — consuetudine 'ornatur'.

Neutra sunt quae neque masculino generi neque feminino
 proprie applicari possunt, ut 'fluit', 'pluit'.

7. Scire sane debemus non solum omnes fere partes ora-
 45 tionis sed et integram interdum orationem uerbi nomine
 censi : uerbum enim dictum est a uerberatione aeris ; oratio
 ergo fieri non potest nisi uerberato aere. Sed et haec pars tale
 nomen specialiter sortita est quia ea in loquutione frequentius
 utimur, ut 'uolo ire ad conuiuium et manducare et bibere cum
 50 amicis' : ecce 'uolo', 'ire', 'manducare', 'bibere' quattuor
 uerba sunt, 'conuiuium', 'amicis' duo nomina, 'ad', 'cum'
 duae praepositiones, 'et', 'et' duae coniunctiones.

8. Verbo accedunt septem : genus, qualitas, tempus, nume-
 rus, figura, persona, coniugatio. Sed admonendum est quia
 55 per omnes fere has partes, quae uerbo accedunt, uerba de-
 ficiunt, non solum per singulas, sed etiam per plures.

Omnia autem uerba quae secundum analogiam declinantur
 uel in 'o' uel in 'or' desinere necesse est, propterea quaecumque
 uerba in aliam quamlibet formam prima persona finiantur
 60 defectiua sunt.

DE GENERE.

9. Genera uerborum sunt quinque, quae et significationes
 dicuntur, quia per eas actus uel passio uel neutrum designa-
 tur : actium, ut 'lego', 'scribo' ; passium, ut 'legor',
 65 'scribor' ; neutrale, ut 'sto', 'curro' ; deponens, ut 'loquor',
 'luctor' ; commune, ut 'creminor', 'consulor'.

10. ACTIVA dicta sunt eo quod per ea agentis facta de-

34/36 Cons. (KEIL, v, 366, 24 sqq.). 37/43 Cons. (KEIL, v, 366, 26 sqq.).
 44/46 Cons. (KEIL, v, 367, 2 sqq.). 46 Isid., Orig., I, ix, 1. 46/47 Pr. (KEIL,
 II, 369, 7 sqq.). 53/54 Don. (KEIL, IV, 381, 15 sqq.). 54/57 Cons. (KEIL, v,
 367, 10 sqq.). 57/58 Pr. (KEIL, III, 450, 12 sqq.).

DE GENERE. 62/64 Cons. (KEIL, v, 367, 14 sqq.). 64 Cons. (KEIL, v,
 367, 17 sqq.). 64/65 Cons. (KEIL, v, 367, 18 sqq.).

LAP 34 contrario] conconcorio A P 40 tondetur] add. feminibus L A 41 con-
 LP suetudine] desin. A ornatur] orantis P.

monstramus : quae 'o' littera terminantur, si 'r' litteram accipere possunt et ex se facere passiuā, ut 'lego, legor',
70 'scribo, scribor'.

11. PASSIVA sunt dicta a patiēdo, quia per ea uim patientiae sustinentis actum alicuius facientis signamus : haec in 'r' litteram desinunt et, si eam amittunt, redeunt in actiua, ut 'legor, lego'. Hanc ergo propinquitatem inter se habent
75 actiua et passiuā uerba quod neutra forma sine altera potest esse ; nam, cum dicis 'lego', actum tuum ostendis et respicit ad id quod legitur ; similiter, cum dicis 'legor', passionem tuam ostendis uigilatque sensus ad eum a quo legeris.

Sed in hoc plerumque motant significationes suas, ut
80 'fugio', 'timeo' : ecce actiua forma, sed passiuā significatio inest ei qui timet et fugit ; sic qui 'fugitur' et 'timetur' passiuam speciem ostendit, sed actus quidem eius qui fugit et timet intellegitur.

12. NEUTRA sunt dicta quia nec actiua sunt, licet 'o' terminata littera ut actiua, propter quod passiuā ex se creare non possunt ut 'r' litteram recipiant, nec passiuā, quod nequeunt 'r' terminare ut passiuā : nam, si accipiant 'r', Latina non sunt, ut 'sto', 'curro' ; non enim Latinum est 'stor', 'curror'.

13. DEPONENTIA sunt dicta per antiphrasin, i.e. per contrarietatem sensus, quia 'r' litteram deponere non possunt, siue, ut alii uolunt, quod deponunt, i. e. amittunt, quantum participium, tribus consequutis, scilicet praeteritum, ut 'loquutus', praesens, ut 'loquens', futurum, ut 'loquuturus' :
95 'loquendus' non dicitur.

Haec 'r' littera terminantur ut passiuā, sed eam dimittere non possunt, ut passiuā amittunt, sed si eam amittunt, Latina non sunt, ut 'loquor', 'conductor' ; non enim Latinum est 'loquo', 'conlucto'.

100 Haec autem uerba in litteratura formam passiuorum sequuntur, actiuorum uero intellectum.

14. COMMVNIA sunt quae 'r' littera terminantur ut passiuā et deponentia, sed in duas formas cadunt, patientis et agentis, ut 'consulor', 'creminor', et ob hoc communia dicuntur.

105 Haec specie tantum passiuā declinantur, sed actiuam significationem casus accusatiuus sequitur, sicut et omnia actiua idem casus sequitur : dicimus enim 'consulor fratrem', 'cremi-

71/83 Cons. (KEIL, v, 367, 20 sqq.). 84/89 Cons. (KEIL, v, 367, 26 sqq.).
90/91 Cons. (KEIL, v, 367, 28 sqq.) ; Char., 215, 10 sqq. 92/93 Isid., Orig., I, ix, 7. 102/104 Cons. (KEIL, v, 367, 30 sqq.).

LP DE GENERE. 82/83 fugitur et timetur P 89 non possunt] nequeunt P
98 conluctor] om. P 99 est] add. ut P

nor inimicum', passiuam uero ablatius, ut 'consulor a fratre', 'creminor ab inimico'.

110 **15.** Similiter et omnia uerba passiuia ablatiuo casui seruiunt.

Item, sicut neutra formam actiui habent et frequenter passiu tamen significationem ostendunt, ut 'ardeo', 'ueneo', 'uapolo', ita et deponentia, licet passiuam formam abuerint, tamen actum designant, ut 'loquor', 'fungor' : nam qui ardet
115 aut uenit non agit sed patitur ; ita qui loquitur [et] uel fungitur non patitur sed agit.

16. Item sunt quaedam anomala, i.e. inaequalia, ut 'soleo', 'gaudeo', 'audeo', quae neutralem formam habent per omnia nisi in praeterito tempore, ubi passiuam recipiunt, ut 'solitus
120 sum', 'gausis sum', 'ausus sum', ideoque haec a plerisque neutropassiu dicuntur, quia utramque formam in se habent.

17. Item sunt uerba incertae significationis inter neutrale genus et deponens, ut 'tondeo', 'labo', 'fabrico', 'punio', 'munero', 'induo', 'partio' ; haec enim sub eadem ui et in 'r'
125 litteram terminantur, ut 'tondeo puerum' et 'tondeor puerum', et reliqua. Haec [et] utraque significatione participia sumunt, a 'partio', 'partiens, partiturus', a 'partior', 'partitus' ; sic et reliqua.

18. Item 'facio' et 'fio' incertae significationis sunt ; nam
130 'facio' actum habere uidetur cuius passiuum exstat quod est 'fio', sed 'r' litteram Latinitas non sinit accipere ut sit passiuum ; 'fio' uero, cuius actiuum exstat quod est 'facio', passiuum non est, quia 'r' litteram non habet, sed utraque neutralia sunt. — Grammaticus tantum regulas ultimarum
135 litterarum intueri debet. — Huic simile est 'uendo' et 'ueneo', nam 'uendo' agentis significationem habet, 'ueneo' patientis.

19. Sunt quaedam defectiua uerba per solitas primae personae litteras indicatiui modi praesentis temporis, i.e. 'o' et 'r', ut 'noui', 'odi', 'memini', 'possum', 'sum', 'taedet', 'in-
140 quam'.

Quaedam primam personam perdunt, ut 'sis', 'infit', 'habe'.

Quaedam tempore deficiunt, i.e. monosyllaba contra naturam producuntur, ut 'sto', 'do', 'flo' : nam omnia uerba polisyllaba 'o' finita corripiuntur, quanquam <a> Virgilio

111/118 Pr. (KEIL, II, 374, 22 sq.). 114/116 Cons. (KEIL, v, 368, 3 sqq.).
117/120 Cons. (KEIL, v, 368, 14 sqq.). 120/121 Cons. (KEIL, v, 368, 18 sqq.).
122/126 Cons. (KEIL, v, 368, 21 sqq. ; 369, 16 sqq.). 129/132 Cons. (KEIL, v, 369, 20 sqq.).
134/135 Cons. (KEIL, v, 369, 26). 135/136 Cons. (KEIL, v, 369, 31 sq.). 137/141 Cons. (KEIL, v, 370, 8 sqq.). 142/144 Cons. (KEIL, v, 370, 14 sqq.).

LP 114 fugor L P 115 ueneat L, ueniat P 119 in] om. P 123 laboⁿ P
fabrico L 125 et] i P 126 urarumque L, utrarumque I, utramque P

145 quocumque syllabarum esset uerbum produceretur potius
quam corripetur.

20. Sunt quaedam persollemnem litteram, scilicet 'o', habentia et legitimum tempus, sed per ea genus non ostendunt, quia idem uerbum aut aliam personam aut alium modum
150 adfert quam <ille> quo genus intellegitur, ut 'cedo' : non enim primae personae est indicatiui modi temporis praesentis, sed secunda est imperatiui modi temporis praesentis : 'cedo' enim significat 'dic' uel 'da'.

Sunt defectiua imperatiui modi secunda persona tria tantum, 'e' uel 'a' solitam perdentia litteram, ut 'fac', 'duc', 'dic'.

21. Ecce per genera uerba deficere diximus, ut 'soleo', 'gaudeo' ; 'solitus sum', 'gausis sum', per tempus et litteram primae personae, ut 'odi', 'noui', per numerum, [et] ut 'infit', per personas, ut 'habe', per coniugationes, ut 'sum', 'es' :
160 nam omnia uerba, 'es' finita secunda persona, indicatiui modi temporis praesentis secundae coniugationis esse debent, sed hoc contra regulam corripitur et tertiae coniugationis est et per tempora motando in aliam formam deficit, ut praeterito imperfecto 'fiebam, fiebas', praeterito perfecto 'fui, fuisti, fuit'.

DE QUALITATE.

I. De qualitate.

22. Qualitas uerborum aut finita est aut infinita.

Finita est quae personam, numerum <et> tempus certum
170 demonstrat, ut 'lego', 'scribo' ; infinita in qua illa tria confusa sunt, ut 'legere' : legere etenim ego et tu <et> ille dici potest ; item legere et unus et plures, et hodie et heri et cras exprimi ualet. Haec est prima animaduersio qualitatis uerborum, quam et alia sequitur ut finitae qualitatis uerba per quattuor
175 nos ire modos discrete intelligamus.

147/153 Cons. (KEIL, v, 370, 18 sqq.).

DE QUALITATE. 168 Cons. (KEIL, v, 374, 1). 169/170 Cons. (KEIL, v, 374, 1 sq.). 170/173 Cons. (KEIL, v, 374, 2 sqq.). 173/175 Cons. (KEIL, v, 374, 8 sqq.).

LP 150 cedo non] *suppl.* l 152 secunda] *om.* P 155 e uel a] uel ea P 156 deficere] definire P 163 ut] *om.* P

DE QUALITATE. 173 aduersio P 174 quia L

II. De modis.

23. Modi autem sunt quinque : indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, coniunctatiuus, infinitiuus.

Modus dictus est a moderando, quia ultimarum syllabarum
 180 forma per modos specialiter seruata moderatur, ne alterius
 modi forma subintroducatur aut sua ammittatur, seu a motu,
 dum quandam conuersionem ultimae syllabae atque trans-
 figurationem in aliam speciem modi cuiuslibet exire cogerit
 usus, ut indicatiuus 'lego', imperatiuus 'lege', optatiuus 'lege-
 185 rem', coniunctatiuus 'ut legam', infinitiuus 'legere'. His igitur
 positis diuersitatibus, intellegimus utique in modis esse
 qualitatem uerborum.

24. INDICATIVVS modus dictus est quia per eum seu loquen-
 do seu scribendo quamcumque rem ostendentes pronun-
 190 tiamus. Indicatiuus quoque modus est cum ex, in praesenti
 tempore, primae personae numeri singularis litteris ultimis
 genera intelleguntur, ut 'uro, uror', ex secundae uero personae
 litteris coniugationes colliguntur, quod in ipsis coniugationibus
 plenius referemus.

25. IMPERATIVVS dictus est quia per eum quid sit faciendum
 195 imperamus, cuius proprium est quod neque praeteritum tem-
 pus neque primam potest habere personam : nemo enim aut
 sibi ipsi soli umquam aut cuiquam in praeteritum imperat.
 Plerique futurum tempus tantum imperatiuo adscribunt sed
 200 duplici forma, sicut praeteritum tempus triplici profertur :
 nam qui dicit 'fac' futurum opus festinanter impleri ammonet,
 qui uero dicit 'facito' morari sinit.

26. OPTATIVVS modus est per quem siue scriptura siue
 loquutione obtantis uoluntas exprimitur, qui proprium habet
 205 quod coniunctis temporibus declinatur : prasens enim et
 praeteritum <imperfectum> sub una litteratura colligit, ut
 'utinam legerem' ; similiter praeteritum perfectum et plus-
 quamperfectum ecfert, ut 'utinam legissem' ; futurum simile
 praesenti coniunctatiui, ut 'utinam legam'. Hic autem modus
 210 aut a se ipso aut ab alia qualibet particula intellectus plenitu-
 dinem spectat, ut est : 'Nunc mihi magis placeret, si olim
 libros legissem' ; item : *Si uoluisses sacrificium, dedissem.*

177/178 Cons. (KEIL, v, 374, 15 sqq.). 188/189 Isid., Orig., I, ix, 4 ; Pomp. (KEIL, v, 214, 6 sq.). 190/193 Cons. (KEIL, v, 374, 18 sqq.). 195/196 Isid., Orig., I, ix, 4 ; Pomp. (KEIL, v, 214, 6 sq.). 199/202 Cons. (KEIL, v, 374, 31 sqq.). 203/209 Isid., Orig., I, ix, 4 ; Pomp. (KEIL, v, 214, 10 sq.). 209/212 Cons. (KEIL, v, 375, 3 sqq.) ; Pomp. (KEIL, v, 214, 9 sqq.). 212 Ps. 50, 17.

LP 178 optatiuus] imperat P 183 exire] exige P 197 potest] pot-us P 201 dicunt P 204 uoluntates P 208 haecfert I, om. P

Huius quoque modi plusquamperfectum tempus et coniunctatiui plusquamperfectum litteratura paria sunt.

- 215 **27. CONIUNCTATIVVS** modus dictus est ab eo quod indicatio aut praecedendo coniungi solet seu subsequendo; eius enim intellectus ab indicatio pendit sicut et optatiui aliunde augendum diximus, ut : *Ad Dominum dum tribularer clamaui*. Coniunctatiuus modus currit per omnia tempora habens in se
220 secundum quosdam praeteritum imperfectum simile optatiui praeterito imperfecto, ut 'cum legerem': huius modi perfectum tempus et futurum prima tantum persona distant, ut 'cum legerim' et 'cum legero', sed et futurum tempus actiui uerbi secundum quosdam dupliciter, passiu tripliter profertur :
225 dicimus enim 'cum legam' et 'cum legero', in passiuo 'cum legar', ulteriore 'cum lectus ero', item alio ulteriore 'cum lectus fuero'. His duobus modis suprascriptis hae particulae maxime communiter deseruiunt, i.e. 'ubi', 'ibi', 'si', 'sic', 'ac si', 'quasi', 'ceu', 'tamquam', 'ut', 'uelut', 'cur'; hae separatim
230 'cum', 'dum', 'utinam'.

- 28. INFINITIVVS** modus dictus est quod nullam certam personam numerumue definit, sed tamen hanc distinctionem temporum tenet, scilicet praesens ut 'legere', praeteritum, ut 'legisse', futurum, ut 'lectum ire', quamuis usquequaque con-
235 fusum esse dixerimus.

- 29. Omnium** modorum praeteritum perfectum tempus et plusquamperfectum passiuorum uerborum uel similium et futurum coniunctatiui et infinitiui actiui et passiu per participium praeteriti temporis et 'sum' uerbi declinationem profer-
240 tur, ut 'lectus sum, uel fui', 'lectus eram, uel fueram', 'utinam lectus essem, uel fuisset', 'cum lectus sim, uel fuerim', 'cum lectus essem, uel fuisset', 'cum lectus ero, uel fuero', et 'lectum ire', et 'lectum iri'.

- Igitur, ut supra diximus, per hos modos qualitas uerborum
245 uersatur, et ob hoc modi non numerandi sunt inter accidentia uerborum, sed qualitas in eis spectatur.

- 30. Inpersonalem** modum quidam addunt, quod nos respuentes generibus uerborum plus applicamus, quia per omnes

213/214 Cons. (KEIL, v, 375, 8 sq.). 215/217 Cons. (KEIL, v, 375, 6 sq.); Pomp. (KEIL, v, 215, 23 sq.). 218 Ps. 119, 1 (*cum*). 219/227 Cons. (KEIL, v, 375, 10 sqq.). 231/232 Isid., *Orig.*, I, ix, 5. 232/235 Cons. (KEIL, v, 375, 15 sq.). 236/243 Pr. (KEIL, III, 465, 6 sqq.). 244/246 Cons. (KEIL, v, 375, 23 sqq.). 247/249 Pomp. (KEIL, v, 216, 10 sqq.).

LP 216 praecedendo ... solet] coniungi solet et precedendo P 221 huius] om. P
226 cum!] om. P 228 ibi si] om. P 240 uel!] om. P

modos solemne figuratione decurrit. Sciendum est autem quod
 250 omnia uerba personas significantia statim et tempora mon-
 strant, ut 'lego, legis, legit', 'legebam' et cetera, at uero quae
 tempora significant non statim et personas, ut 'dicere, dicitur,
 dicebatur, dictum est'.

Nunc de impersonalium ui et uarietate dicemus.

255 **31.** Verba impersonalia duas habent species : aut enim in
 'et' aut in 'tur' finiuntur, ut 'libet', 'tedet', 'penitet', 'decet',
 'uenitur', 'dicitur', 'curritur', 'legitur', 'scribitur', 'geritur'.
 Addunt quidam alias duas in 'it' et in 'at', ut 'contingit',
 'euenit', 'accidit', 'iubat', 'stat'. Reuera impersonalia nec decli-
 260 nari possunt nec ullam certam personarum discretionem
 facere, nisi adiectis pronominum casibus et numeris separen-
 tur, et ob hoc impersonalia uerba dicuntur.

32. Itaque ea uerba quae in 'it' uel in 'at' exeunt ab in-
 dicatiui prima persona tempore praesenti 'o' littera terminata
 265 oriuntur, ut 'contingo, contingit', 'iuuo, iuuat'.

33. Quae uero in 'et' exeunt duas formas habent : partim
 enim ab indicatiui, tempore praesenti, prima persona 'o' littera
 terminante, ut 'sedeo, sedet', partim uero a se oriuntur ; sed
 ea quae a se oriuntur modo nullam habent originem aut simili-
 270 tudinem uerbi, ut est 'pudet', 'tedet', 'piget', 'penitet', modo
 similitudinem uerbi trahunt, ut 'miseror, miseret', quod in-
 certum est utrum a 'miseror' an 'miseror' ueniat. Ergo aliud
 est uerbum quodlibet per personarum significationem dis-
 tingui, ut 'contingo, contingis, contingit', et aliud separa-
 275 tim dicere sine ullo personae respectu, ut : *Euenit senibus
 ambobus iter <illi> in Lemnum*. Sciendum est quoque quod
 non omnis tertia persona impersonalem modum facit, ut est
 'incendit' : habet enim intellectum plenum quia ignea natura
 incendere solet, licet abusiue homines ignea fomenta nu-
 280 trientes incendere dicantur.

34. Quartum genus impersonalium est quod 'tur' syllaba
 finitur, quod ab indicatiuo modo 'o' littera terminato personae
 primae praesentis temporis semper omnino nascitur, ut 'lego,
 legitur', 'gero, geritur', exceptis quibusdam quae in hac parte
 285 deficiunt. Hoc ergo genus ab actiua declinatione manat, licet
 tertiae personae passiuui uerbi formam ostendat, tamen uim
 passionis non retinet : nam, cum dico 'sedetur', omnem per-

255/259 Cons. (KEIL, v, 370, 34 sqq.). 263/265 Cons. (KEIL, v, 371, 9 sqq.).
 266/268 Cons. (KEIL, v, 371, 26 sqq.). 272/275 Cons. (KEIL, v, 371, 11 sqq.).
 275/276 Ter., *Phorm.*, I, 11, 15 [apud Cons. (KEIL, v, 371, 21 sq.)]. 276/280
 Cons. (KEIL, v, 371, 14 sqq.). 281/285 Cons. (KEIL, v, 372, 7 sqq.). 285/
 286 Cons. (KEIL, v, 372, 15 sqq.).

LNP 256 detet L 266 discriptionem P 279 ignea] incip. N 282 finit N
 284 geritur] gerit N 287 non retinet] nostrae N

sonam confuse comprahendo — numquid aliud uideor dicere quam de his qui sedent, aut potest ullus intellectus esse ut
 290 hoc dixesse uideretur de his qui sedent cum permixtione personae ?

35. Nunc de hoc ipso impersonali uerbo expressius dissere-
 mus : ait enim Virgilius : *Vsque adeo turbatur agris* ; item
 Terrentius : *Per quem res geretur maxime*. Ecce utraque in-
 295 personalia sunt praesentis temporis et futuri, sed duplex in-
 tellegentia consideranda est in eis ; nam quod ait 'geretur', si
 ad formam eius qui acturus est refertur, impersonale genus
 est ab actiuo modo ueniens, i.e. a 'gero', 'geritur', 'gerebatur',
 'gestum est, uel fuit', 'gestum erat, uel fuerat', 'geretur' ; si
 300 uero ad rem nos trahit intellectus quae gerenda est, erit
 passiuum uerbum indicatiui modi futuri, i.e. 'gerar, gereris,
 geretur'. Simili ratione discutiendum est quod dixit Virgilius
 'turbatur' : ecce plerumque duarum formarum significatus,
 utique passiuae et actiuae, concurrit ; aliud enim esset si non
 305 adiecisset 'res' aut 'agris'.

36. Haec duplex intellegentia et infinitiuo modo euenit, ut
 ait Cicero : *rem agi*, Virgilius : *Iam tempus res agi* ; si ipsa
 uox addendatur, 'agi' uenit ab infinitiuo passiui uerbi quod
 est 'agor, ageris, agitur' — infinitiuum facit 'agi' —, si uero
 310 illi a quibus agitur contemplantur, uenit a uerbo impersonali
 'agitur', cuius origo ab actiuo manat, i.e. ab 'ago, agis, agit',
 quod per omnes rursus modos inclinatum facit infinitiuum
 modum sic : 'agi, actum esse, uel fuisse, actum iri'.

37. Verba impersonalia, licet per omnes modos declinentur,
 315 tamen quaedam sunt defectiua, ut 'liquet' : praeteritum enim
 perfectum et plusquamperfectum non habet ; item 'miserit'
 habet, sed transit in passiuam formam, ut 'misertum est' ; si-
 militer et 'tedet', 'pertessum est' facit ; huius praesens sicut
 conponi non potest, ita praeteritum sine conpositione dici non
 320 ualet, nam 'pertedet', sicut 'tessum', non inuenitur.

38. Diximus impersonalia uerba pronominum adiectione
 personas et numeros accipere ; quibus ergo pronominum
 casibus accipiant dicemus. Ea quae in 'it' exeunt datiuo casu
 discriminantur, ut 'contingit mihi, tibi, illi, nobis, uobis,

288/291 Cons. (KEIL, v, 372, 32 sqq.). 293 Verg., *Ecl.*, I, 12. 294 Ter.,
Phorm., prol., 28. 294/297 Cons. (KEIL, v, 373, 3 sqq.). 306/313 Cons.
 (KEIL, v, 373, 9 sqq.). 307 Cic., *loc. non rep.* Verg., *Aen.*, V, 638 (*agi res*).
 314/320 Cons. (KEIL, v, 373, 21 sqq.). 321/336 Pr. (KEIL, III, 230, 4 sqq.).

LNP 288 uideo *codd.* 290 sedentur *codd.* cum] *om.* P 294 res] *om.* P
 295 et] *om.* L N 297 acturi N 300 est] *om.* N 304 et actiuac] *suppl. l*
 305 adiecissent *codd.* 309 agitur] agite L (*corr. l*) N 312 qui *codd.* clinatus
codd. 316/317 item ... habet] *om.* P

- 325 illis' ; quae uero in 'at', accusatiuo, ut 'iuuat me, te, illum, nos, uos, illos' ; interdum tamen interpositis [uel] nominibus datiuo discernuntur, ut 'stat sententia mihi, tibi, illi', et cetera, uel uerbis infinitiuis, ut 'stat casus renouare omnes' ; quae in 'et' exeunt, quaedam accusatiuo casu discriminantur, 330 ut 'deceat me, te, illum, nos, uos, illos' ; quaedam datiuo, ut 'libet mihi, tibi, illi, nobis' et reliqua ; ea autem quae in 'tur' exeunt multifaria ratione personas distinguunt, nam nunc ablatiuo, ut 'geritur a me, a te, ab illo, a nobis' et reliqua, nunc accusatiuo cum praepositione 'per' uel 'ad', ut 'geritur 335 per me, per te, per illum', nunc datiuo, ut 'dicitur mihi, tibi, illi, nobis' et reliqua.

III. De formis.

39. Nunc qualitatis tertiam agnitionem disseramus, quae per formas quadrupliciter distinguitur, quarum primo duplex 340 est species ; interest enim plurimum uerbum unumquodque opus an consuetudinem operis significet : si opus, significatione perfecta dicitur, ut 'facio', 'curro', quod, si consuetudinem operis, frequentatiua dicitur, ut 'facito', 'cursito'. His accedunt meditatiua et incoatiua.

345 40. Meditatiua uerba sunt quibus non actus sed agendi apparatus ostenditur, ut 'amaturio', 'parturio' ; incoatiua quae nondum perfectam formam sed initium quoddam significationis ostendunt, ut 'calesco', 'feruesco'. Item et in hoc distant a perfecta forma, quod diriuatiua sunt semper 350 a perfectae formae uerbis uel nominibus et quod non omnium generum esse possunt neque per omnes coniugationes currunt, licet per omnes modos declinentur.

Incoatiua enim uerba a neutralibus atque actiuis interdum et a nominibus et non solum a uerbis secundae coniugationis 355 sed etiam aliquando a primae diriuatiue ueniunt et tertiae coniugationis tantum sunt et in 'sco' syllabam semper desinunt, omni praeterito tempore carentes, ut, a 'caleo', 'calesco, calescisc'. Meditatiua quoque a perfecta forma ueniunt et tertiae coniugationis productae sunt tantum, et in 'urio' solum 360 syllabam terminantur, ut 'lego', 'lecturio, lecturis'.

338/339 Cons. (KEIL, v, 375, 30 sq.).

339/342 Cons. (KEIL, v, 375, 32 sq.).

342/343 Cons. (KEIL, v, 375, 33 sq.).

345/348 Cons. (KEIL, v, 375, 34 sqq.).

353/358 Pomp. (KEIL, v, 219, 18 sqq.).

358/360 Cons. (KEIL, v, 376, 4 sq.).

LNP 326 inpeñōsitis N 330 nos uos] nostris uestris P illos] illum N 332
distinguntur codd. 334 ut geritur] ad genitur P 341 an] ac si L 346
ostendit N 347 sed] om. P 354 a¹] om. P coniugationis] add. nom P
355/356 tertiae ... tantum] eñt coniugatm̄ P 357 a] om. P

[XCVIII]

[Hec-
stichon 13]

De salicis trunco, pecoris quoque tergore raso
 Componor patiens discrimina cruda duelli.
 3 Semper ego proprio gestantis corpore corpus
 Conseruabo, uiri uitam ne dempserit Orcus.
 Quis tantos casus aut quis tam plurima leti
 6 Suscipit in bello crudelis uulnera miles ?

Fontes : 3/4 cf. Isid., *Orig.*, XVIII, XII, 1a.

Codices : *desunt* S T¹ U⁴ S⁴ R P³ J U².

Inscr. LXXXVII] P¹ O U¹ P⁴, xcviij K U B¹, *om.* T alii Clipeus] T S² P³ V¹
 alii (Clyp- E D), Scutum B B⁰ (cf. Isid., *Orig.*, XVIII, xii, 2), De clipeo (clyp-
 S¹ P¹ L¹ U¹ P⁴ G L, *om.* K U B¹ 1 Da K tergere P⁵, tergora P¹ rasso
 T K L¹ alii, nascor B¹ 2 cruda] *supraser.* dura T, dura S¹ E Giles 4 ne] ni
 nonnulli (cf. ad XLV, 7) denserit P⁵ 3 tantus S¹ P¹ P⁴ 6 Suscepit nonnulli.

Loci paralleli : 2 cf. Aldh., *Aenigm.*, IX, 1; XXVI, 4. 3/4 cf. Aldh.,
Aenigm., XLV, 7; LXVII, 5/6; LXX, 6/7; Tat., *Aenigm.*, XI, 3; XXXIII, 2.

[XCIX]

[Hepta-
stichon 19]

Callidior cunctis aura uescentibus aethrae
 Late per mundum dispersi semina mortis ;
 3 Vnde horrenda seges diris succreuit aristis,
 Quam metit ad scelera scortator falce maligna ;
 Cornigeri multum uereor certamina cerui.
 6 Namque senescenti spoliabor pelle uetustus
 Atque noua rursus fretus remanebo iuuenta.

Fontes : 1 Gen. 3, 1. Verg., *Aen.*, I, 546/547. 3/4 Corip., *Iob.*, VIII,
 536/537 [MGH, auct. antiq., III-2, 107]. 5 Ouid., *Metam.*, VII, 701. cf. Plin.,
Nat. hist., VIII, 118 ('et iis [scil. ceruis] est cum serpente pugna'); XXVIII, 149
 ('exitio his [scil. serpentibus] esse ceruos nemo ignorat'); Isid., *Orig.*, XII, 1, 18b.
 6/7 cf. *Physiologus*, XI.

Codices : *desunt* S T¹ U⁴ S⁴ R P³ J U².

Inscr. LXXXVIII] P¹ O U¹ P⁴, xcviij K U B¹, *om.* T alii Basiliscus 1 aspis T ;
 Aspis P³ P², et add. 1 (*om.* S² E) basiliscus S², 2 m. P², E V¹ ; Serpens* O B B⁰,
 et add. siue aspes O ; De aspide uel basilisco (*om.* uel basilisco L¹) S¹ P¹ L¹ U¹ P⁴
 G L, *om.* K U B¹ 1 aethae S¹, P⁴ (*adscr.* aeris in marg.) 3 aristris P⁵, arestis P⁴
 4 metet O B B⁰, metit B¹, metit& P⁴ falci (i in e 2 m.) U¹, fauce E 6 uetusta
 S¹ 7 manebo G.

Loci paralleli : 2/3 Aldh., *Carm. de uirg.*, 2499/2500 [De octo princ. uitiiis,
 54/55]. 2 Aldh., *Aenigm.*, XXXIX, 2.

Translatio anglica :

LXXXIX. Bookcase.

*My inwards overflow with words divine,
And sacred volumes crowd my vital parts,
But from them I can never learn one whit —
Unhappy creature, robbed of such a gift,
By my grim fate denied the light of books.*

Translatio anglica :

XC. Woman in Labor with Twins.

*Six eyes are mine ; as many ears have I ;
Fingers and toes twice thirty do I bear.
Of these, when forty from my flesh are torn,
Lo, then but twenty will remain to me.*

[C]

[Pentastichon 14]

Nunc mea diuinis complentur uiscera uerbis
 Totaque sacratos gestant praecordia biblos ;
 3 At tamen ex isdem nequeo cognoscere quicquam :
 Infelix fato fraudabor munere tali,
 Dum tollunt dirae librorum lumina Parcae.

Codices : *desunt* S T¹ U⁴ S⁵ R P³ J U².

Inscr. LXXXIX] LXXXVIII P¹ O U¹ P⁴, c K U B¹, *om.* T alii Arca libraria] T O S² E alii, Archa B, Arca B⁰, De arca (-cha S¹) libraria S¹ P¹ L¹ U¹ P⁴ G L, *om.* K U B¹ 1 Tunc 1 m. P¹, P⁴, Tum D me U P³ replentur S¹, complectur L¹ uiscer V¹ 2 sabrabos L¹ 3 tamen] s. l. 2 m. T, non D neq. eo B, neq; B⁰ agnoscere *corr.* 2 m. U¹ 4 fatu S¹ fraudabar *corr.* 2 m. P³ munere S², munera U¹ 5 Dum] *codd.* ; Nam *coni.* Delrio, Giles tollunt] B¹ C, s. l. demunt 2 m. T L¹ B¹, demunt U U¹ B B⁰ *cett.* (nt s. l. 2 m. P¹, -mont 1 m. O, -mum P⁴ D) Giles dire K S², P³ (ex de 2 m.), G libro P³ parce U¹.

Loci paralleli : 1/3 Euseb., *Aenigm.*, XXXIII, 1, 2 ; cf. Symphos., *Aenigm.*, XVI, 1/2 ; Aldh., *Aenigm.*, C, 71/72. 1 Tat., *Aenigm.*, XXXIV, 1. 4 Bonif., *Aenigm.*, uit., VIII, 6 (315).

[CI]

[Tetrapentastichon 10]

XC.

Puerpera geminos* enixa.

Sunt mihi sex oculi, totidem simul auribus hausi,
 Sed digitos decies senos in corpore gesto ;
 3 Ex quibus ecce quater denis de carne reuulsis
 Quinquies at tantum uideo remanere quaternos.

Codices : *desunt* S T¹ U⁴ S⁵ R P³ J.

Inscr. xc] P¹ O U¹ P⁴, c K U B¹, *om.* T alii Puerpera] T U P⁵ O B B⁰ alii, Puerperos P³, De (*exp.*) puerpera (*suprascr.* os 2 m.) U¹ ; De puerpera S¹ P¹ P⁴ G L (*tit. mutil.* L¹) ; *om.* K U B¹ geminos enixa] geminas* enixa T, Ehwald ("fem. propter Symphosii uers. 3^a) ; *om.* K U P⁵ B¹ 1 vi supra septem del. U¹ exsto K, U (*adscr.* hausi in marg.), P⁵ (*suprascr.* hausi 2 m.), S¹ L¹ S² E D Giles, ausi P¹ 2 m. P² V¹, ex] ausistō U¹ 2 Sex Excerpt. corporae P⁵ 3 ecce quater] en quatuor Excerpt. refulsis B B⁰, reuulsis G, repulsis Excerpt. 4 ac S¹, ad G tamen *corr.* 2 m. U¹, tam G, tamen uel tantum L uideor U S¹ U¹ Excerpt., uideo* E regnare *corr.* 2 m. B¹, retinere Excerpt. quaternas U¹, q̄tonos *corr.* B.

Loci paralleli : *inscr.* Symphos., *Aenigm.*, XCIII, *inscr.* 1 cf. Symphos., *Aenigm.*, XCIII, 1/3 ; Aldh., *Aenigm.*, LXXXIV, 1/5. *hausi*] cf. Aldh., *Aenigm.*, LXXXIII, 2 ; *Aenigm.* 'Lauresh.', XI, 1.

Translatio anglica :

XCI. *Palm.*

*The Lord omnipotent, who by his will
Created all, named me 'victorious',
So to be called among the folk of earth.
Yea, by my name renown of kings glows bright,
And martyrs gain the prize of heavenly bliss,
When they have won the battles of the world ;
The warrior bands are crowned with leafy crowns ;
The soldier, victor in the fight, receives
The boon of my green bough. Upon my head
A thatch lies thick, whence fall in many folds
The robes that veil my form. And more than this,
Sweet food I give, and richly nourish all
Who feed upon my nectar-giving fruit.*

[CII]

[Hendeca-
stichon 1]

- Omnipotens auctor, nutu qui cuncta creauit,
 Mi dedit in mundo tam 'uictrix' nomen habendum.
 3 Nomine nempe meo florescit gloria regum,
 Martiribus necnon, dum uincunt proelia mundi,
 Edita caelestis prensant et praemia uitae ;
 6 Frondigeris tegitur bellantum turma coronis
 Et uiridi ramo uictor certamine miles.
 In summo capitis densescit uertice uellus,
 9 Ex quo multiplicis torquentur tegmina pepli ;
 Sic quoque mellifluis escarum pasco saginis
 Nectare per populos tribuens alimenta ciborum.

Fontes : 1 Dracont., *Laud. dei*, III, 137 [MGH, auct. antiq., xiv, 95]. 3 Iuuen., *Euang.*, I, 400 [CSEL 24, 23]. 4/5 cf. Apoc. 7, 9. 5 Sedul., *Carm. pasch.*, I, 325 [341] [PL 19, 589^A; N. SCHEPS, p. 62]. 6/7 cf. Isid., *Orig.*, XVII, vii, 1a. 8 Plin., *Nat. hist.*, XIII, 7; XVI, 37 ('coma omnis in cacumine').

Codices : desunt S T¹ U⁴ S⁵ R P⁸ J U².

Inscr. xci] P¹ O U¹ P⁴, cii K U B¹, om. T alii Palma] T P⁸ S¹ O S² P² E V¹ B B⁰, De palma (-mo G) P¹ L¹ U¹ P⁴ G L, om. K U B¹; et add. quae (que G) dactilo (om. T, -tilico S² E B B⁰, -tylo P⁴) fecunda (-data T S² E G B B⁰, om. P¹ P⁴) frondescit (floresc. S² E B B⁰) 2 m. T, P¹ O, 2 m. S², E P⁴ G B B⁰ 1 rector D Giles Wright nutu] om. B B⁰ 2 Cum (suprascr. i) T; Cui U, P⁸ (suprascr. mihi 2 m.), S¹ (adscr. ÷ mihi), U¹ alii; Qui E, B¹ (ex Quid), D Giles 3 Nempe meo nomine ~ B B⁰ nemphe K L¹ G L, nimphe 2 m. O, nēppe U¹ meā T regum] suprascr. † rerum P¹, suprascr. † rum P⁴; regnum L¹, P² (del. n 2 m.); rerum D Giles (= Iuuen., l. c.; cf. ad LV, 8) 4 necnon] om. -non U (suppl. in marg.), P⁸; om. nec- U¹ (suppl. s. l. 2 m.) uincant dum ~ S¹ 5 Aedita P² (suprascr. dedita 3 m. [= Giles]), U¹ (corr. 2 m.), P⁴ L, Et dedita corr. D^{corr.} pr(a)e(s)ant T U P⁸, P¹ (suprascr. prendunt 2 m.), L¹, 1 m. U¹, B B⁰; pr(a)estant S¹, P² (suprascr. prensant 3 m. [= Giles]), 2 m. U¹, B¹ V¹; prensant P⁴ (suprascr. prendunt 2 m.) premia in proelia mut. 2 m. T 6 Frongideris L¹; Frondiferis U¹ (suprascr. g 2 m.), B¹ 8 In ... uellus] om. V¹ uertite corr. T 9 segmina corr. T, regmina 1 m. O, B B⁰, tegmine (alt. e in a) U¹ plepli K 10 quoque U¹ mellefluis L¹, mellifluus corr. 2 m. P² mellifluuiaescarum 1 m. U¹ 11 populus corr. 2 m. T.

Loci paralleli : 1 Aldh., *Carm. de uirg.*, praef., 3; *Carm. de uirg.*, 35; Bonif., *Aenigm.*, uit., III, 50 (233). 3 Aldh., *Aenigm.*, LV, 8. 4 Aldh., *Carm. de uirg.*, 2022. 5 Aldh., *Carm. de uirg.*, 1226.2019.2275; Bonif., *Aenigm.*, uirt., X, 18 (174); uit., X, 6 (338). 7 Aldh., *Aenigm.*, C, 39; *Carm. de uirg.*, 197. 8 cf. *Aenigm.* 'Tullii', XV, 1. 9 Aldh., *Aenigm.*, LXXXVI, 7; *Carm. de uirg.*, 783/784. 10 cf. *Aenigm.* 'Tullii', XV, 3.

Translatio anglica :

XCII. Tall Lighthouse.

*On high crags, where the blue seas pound the reefs,
And briny billows swell the heaving flood,
Mechanic art has built me, great and high,
For ships a guiding finger to reveal
The open channel. Yet I never roam
The level sea in ships of many oars,
That cut a curving furrow through the deep ;
But, pointing from my pinnacle, I lead
Those wanderers buffeted by mountain-waves
Safely to shore, lifting a fiery brand,
For high upon my tower a torch I set,
When wintry clouds conceal the flaming stars.*

[CIII]

[Deca-

stichen 4]

- Rupibus in celsis, qua tundunt caerula cautes
 Et salis undantes turgescunt aequore fluctus,
 3 Machina me summis construxit molibus amplam,
 Nauigeros calles ut pandam classibus index.
 Non maris aequoreos lustrabam remige campos
 6 Nec ratibus pontum sulcabam tramite flexo
 Et tamen immensis errantes fluctibus actos
 Arcibus ex celsis* signans ad litora duco
 9 Flammiger imponens torres in turribus altis,
 Ignea brumales dum condunt sidera nimbi.

Fontes : 1 sqq. Isid., *Orig.*, XV, 11, 37 ; XX, x, 10. 7 Verg., *Aen.*, VII, 213.
 9 Verg., *Aen.*, IX, 470. 10 Iuenc., *Euang.*, praef., 3 [CSEL 24, 1]. Verg.,
Aen., V, 126.

Codices : *desunt* S T¹ U⁴ S⁵ (R) P³ J U³.

Inscr. XCII] P¹ O P⁴, CIII K U B¹, *om.* T *alii* Farus* (-os D) editissima T P²
 V¹ D ; Farus P⁵ (*add.* ditissim s. l. 2 m.), S², 2 m. U¹, E (*paene euanid.*) ; Farum
 editum O B B⁰ ; De faro (fo- U¹) editissima (-mo P¹ P⁴) S¹ P¹, 1 m. U¹, P⁴ G ; De
 pharo editissimo L ; *om.* K U B¹ ; *insuper add.* in rupibus (-pe P² V¹) pelagi posita
 (-to P¹ P⁴ L, -tum O B B⁰, sita P² V¹) P¹ OP², 2 m. U¹, P⁴ V¹ G L B B⁰ 1 Ripi-
 bus *corr.* T, Puppibus D (*om.* in) excelsis O, in excelsis *corr.* (ex- del.) B¹ ;
cf. LX, 1 cautes] *adscr.* ponti in marg. K (*cf. ad uers.* 2) 2 turgescunt undantes
 ~ 1 m. P⁴ undantis O G (a)equora K, P² (*corr.* 2 m.) E D Delrio ponti
adscr. fluctus in marg. K, ponte E D Delrio 3 me] c B B⁰ construc^x P⁵,
 construi *corr.* B¹ amblam *corr.* m. rec. T, amplum U P⁵ S¹ O E, ampla P¹ V¹
 5 Num *corr.* U¹ aequoris *corr.* B¹ remine S², remie G 6 Ne cratibus G
 7 Et ... actos] *om.* B B⁰ Et non K in messis 1 m. P² actōs 2 m. U¹
 8 *adest* R excelsis* *codd.* ; *cf. uers.* 1 9 torrens *corr.* T 10 Ignea a in ras.
 2 m. R.

Loci paralleli : 1 Aldh., *Aenigm.*, LX, 1. 5 Aldh., *Carm. eccl.*, III [In eccl.
 Mariae a Bugge exstr.], 21 ; *Carm. de uirg.*, 12. 10 Bonif., *Aenigm.*, uit., IX,
 8/9 (327/328).

Translatio anglica :

XCIII. Spark.

*What earthly thing is armed with might like mine,
Or boldly strives to use such force and strength ?
Small was my life's beginning, but great things,
Though I am slender, low I lay in death,
A death my belly's inmost hollow hides.
For woodlands dense, groves, shrubs, and mountains tall,
Pine forests on their flanks, I murderously —
Savage and greedy, with capacious maw —
Lay waste, and scatter wide beneath the sky ;
And yet my form was slighter than a gnat's
When first my icy mother brought me forth,
Producing offspring from her stony womb.*

[CIV]

[Hendeca-
stichon 4]

- Quae res in terris armatur robore tanto
 Aut paribus fungi nitatur uiribus audax ?
 3 Parua mihi primo constant exordia uitae,
 Sed gracilis grandes soleo prosternere leto,
 Quod letum proprii gestant penetralia uentris.
 6 Nam saltus nemorum densos pariterque fructa
 Piniferosque simul montes cum molibus altos
 Truxque rapaxque capaxque feroxque sub aethere spargo
 9 Et minor existens gracili quam corpore scnifes*,
 Frigida dum genetrix dura generaret ab aluo
 Primitus ex utero producens pignora gentis.

Fontes : 3 cf. Verg., *Aen.*, VII, 40. Iuuenc., *Euang.*, II, 190 [CSEL 24, 50].
 5 Iuuenc., *Euang.*, III, 394 [CSEL 24, 95].

Codices : desunt S T¹ U⁴ S⁵ P⁸ J U².

Inscr. xciii] P¹ U¹ P⁴, xcii O, ciii K U B¹, om. T alii Scintilla] T O P⁸ E V¹
 B B⁰ alii ; De scintilla S¹ P¹ R L¹, U¹ (De exp.), P⁴ G L ; om. K U B¹ 1 Queres
 P⁸ sic armat⁹ K, armatus (s ex r) P⁸ B¹, sic (exp. S²) armatur L¹ S², amatur P⁸
 (corr. 2 m.) U¹ (ex arm-) robure T (suprascr. o) U P⁸, rubere L¹, rubore (suprascr.
 o) P⁸ 2 uitatur O 3 prima P⁸ R O, promo (pr. o in i 2 m.) U¹ constans
 corr. 2 m. U¹ 4/8.9/11 tr. 9/11.4/8 uult Delrio 4 gratilis P⁸, graciles O
 grandis (i in e 2 m.) U¹ 6 densos] om. R 7 Piniferosque ... altos] om. P¹ R
 P⁴ Piniferos quae U¹, Piniferos (om. -que) E collibus P⁸ V¹ G L altis O G
 8 rapaxq; 2 m., s. l. rapax quae U¹ capaxque] om. D, Delrio (lacunam not.), Giles
 Wright ferosque P⁸, ferox (om. -que) B⁰ 9 gracilique K E scnifes (-n-
 s. l. S¹, -fis P¹ L¹ P⁴) T K U S¹ P¹ L¹, 3 m. (= Giles) P⁸, P⁴ L ; scnifes* (scyni-
 R, -nips ex -nipes 2 m. U¹, -nipes E B B⁰, seni- ex scini- B¹) R, 1 m. P⁸, U¹ E B¹
 G B B⁰ ; scinfis O S² ; cf. ad XXXVI, inscr. 10 Frigidum L¹ dudum U U¹
 genetraretlabaluo P⁸, generare ab aluo G 11 pignera S¹ gentes U¹ B.

Loci paralleli : 1.4 Aldh., *Aenigm.*, XXXVI, 1. 2 Bonif., *Aenigm.*, uirt., IX,
 15 (146). 3 *Aenigm.* 'Tullii', XXIII, 3 ; Aldh., *Aenigm.*, XXIX, 5 ; *Carm. de*
